Quaestiones Zosimeae.

Dissertatio inauguralis,

quam ad summos in philosophia honores

ab amplissimo

philosophorum ordine Monacensi

rite impetrandos

scripsit

Julius Leidig

Schwabachensis.

Ansbach.

Druck von C. Brügel und Sohn.

1900.

Quaestiones Zosimeae.

Dissertatio inauguralis,

quam ad summos in philosophia honores

ab amplissimo

philosophorum ordine Monacensi

rite impetrandos

scripsit

Julius Leidig

Schwabachensis.

Ansbach.
Druck von C. Brügel und Sohn.
1900.

PARENTIBUS OPTIMIS.

Praemonenda.

Zosimus, comes et exadvocatus fisci, historiae novae scriptor, ut iam antiquis temporibus tam raram habuit memoriam tamque paucos lectores, ut hodie ne aetas quidem certo aliquo definiri possit testimonio (cf. editionis Ludovici Mendelssohnii praefationis paginam I), ita ne recentioribus quidem temporibus hominum doctorum studia multum in eius libro versata esse Mendelssohn demonstravit omnibus illis, qui unquam post renatas litteras Zosimum tractaverunt, enumeratis (cf. praef. p. XVI—XXI). Intra enim plus quam centum annos tres tantum illius scriptoris editiones in lucem sunt productae, ab Jo. Friderico Reitemeiero, Lipsiae 1784, ab Immanuele Bekkero, Bonnae 1837, a Ludovico Mendelssohnio, Lipsiae 1887.

Quorum hominum doctorum cum iam Reitemeier, tum Bekker permultis coniecturis permultisque emendationibus genuina verba scriptoris multis locis restituerunt et de Zosimi textu optime meruerunt. Mendelssohn vero eo potissimum vel maximam consecutus est laudem, quod primus, postquam A. Kiessling (v. Rhein. Mus., vol. XVIII, 1863, p. 135 ff.) Vaticanum codicem Graecum 156 omnium apographorum archetypum esse docuit, ad hunc librum, quem in eius usum Augustus Mau Romae excusserat, studia Zosimea revocavit iisque certa iecit fundamenta (v. praef. p. XXI—XXII). Praeterea Mendelssohn et Joannis Antiocheni codicem Parisinum Regium 1666 in usum suum convertit et eclogarum Constantiniarum hos codices:

codicem Monacensem 267 (M)
codicem Monacensem 185 (B)
codicem Vaticanum 1418 (N)
codicem Ambrosianum N 135 sup. (A) [cf. praef. p. XXVI—XXVII].

Quorum omnium codicum comparatio, antea prorsus neglecta, coniuncta cum sermonis observatione et cum accurata rerum, quae narrantur, notitia, Zosimo perquam fuit fructuosa, ut non possimus non assentiri Mendelssohnio dicenti sui iam similiorem Zosimum prodiisse (praef. p. XLIX). Sed recte dixit idem: „similiorem“, non „simillimum“; nam multis locis hodie quoque dubium est, utrum Vaticani an apographorum et excerptorum lectio sit genuina, et nonnullis locis Mendelssohn ipse quoque, ut mihi quidem videtur, aut falsa interpretatione aut improbabili coniectura aberravit a recta via et a vera emendandi ratione. Quamobrem haud spernendum mihi visum est, eiusmodi locis et observandis et corrigendis operam dare. Qua in re hanc potissimum secutus sum rationem, ut Mendelssohnii ceterorumque editorum sententias, ubi iusto magis mihi scriptoris verba immutasse videbantur, refutare et tradita verba defendere studerem. Nonnumquam vero et ipse novam lectionem proposui, sed eam, quae propius accedat ad tradita verba scriptoris. Itaque hic libellus continet parvum numerum et eorum locorum, quorum lectionem tueri conatus sum, et coniecturarum, quibus corruptos locos correxisse et restituisse mihi videor, et earum rerum, quae rarae vel mirae mihi videbantur, ita quidem, ut in omnibus rebus librorum ordinem secutus sim. Hoc feci etiam eorum, qui haec legent, habita ratione. Eadem de causa in eis locis, qui comparandi causa adscribendi fuerunt, non Mendelssohnii secutus sum rationem, qua ille singulos libros et capita et paragraphos affert, sed singulis paginis et versibus secundum Mendelssohnii editionem adscriptis locos quaesitos multo facilius reperiri posse putavi.

Notis autem iisdem usus sum, quibus Mendelssohn in praef. p. XXIV et LIV, ut

V significet: Vaticanum Graecum 156,

V^1: Vaticanum correctum ab ipsis librariis codicis,

V^2: Vaticanum correctum a duobus correctoribus temporis non multum distantis a librariorum aetate,

ς: vulgatam scripturam ex Vaticani apographis ductam.

Libri denique, quibus in conscribendo hoc libello usus sum, hi sunt:

I. Editiones:

1. Zosimi historiae Graece et Latine recensuit, notis criticis et commentario historico illustravit Jo. Frid. Reitemeier. Ad calcem subiectae sunt animadversiones nonnullae C. G. Heynii. Lipsiae, apud Weidmanni heredes et Reichium, 1784.
2. Zosimus. Ex recognitione Immanuelis Bekkeri, Bonnae. Impensis Ed. Weberi, 1837 (quae editio pars est corporis scriptorum historiae Byzantinae Bonnensis).
3. Zosimi comitis et exadvocati fisci historia nova, edidit Ludovicus Mendelssohn, Lipsiae, in aedibus B. G. Teubneri 1887.

II. Recensiones editionis Ludovici Mendelssohnii.

1. Wäschke, Berliner Philologische Wochenschrift, X. Jahrgang 1890, p. 724—728.
2. R. Bitschofsky, Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien, XL. Jahrgang 1889, p. 726—729.
3. H. van Herwerden: Ad Zosimi historiam novam ed. Mendelssohn, Mnemosyne, bibliotheca philologica Batava, Nova series, vol. XVI, Lipsiae, O. Harrassowitz 1888, p. 348—353.

Recensionem illam, scriptam a W. Gräfe, quam continet Journal des Ministeriums der Volksaufklärung (Petersburg?) 1888, p. 151, adire nullo modo potui.

III. Adiumenta:

1. Raphael Kühner, Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache, III. Auflage, I. Teil, Band I und II besorgt von Friedrich Blass, 1890 und 1892, II. Teil, I. Band besorgt von Bernhard Gerth, 1898. Hannover und Leipzig, Hahnsche Buchhandlung.
2. Raphael Kühner, Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache, II. Auflage, II. Teil, II. Abteilung 1872.

3. G. B. Winer's Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms, VIII. Auflage, neu bearbeitet von Paul Wilhelm Schmiedel, I. Teil 1894; II. Teil, Heft I und II 1897 und 1898. Göttingen, Vandenhoeck und Ruprecht.
4. W. Schmid: Der Atticismus in seinen Hauptvertretern von Dionys von Halicarnass bis auf den zweiten Philostratus. V Bdd. Stuttgart, Kohlhammer 1887—1897.
5. Die Briefe des Bischofs Synesius von Kyrene. Ein Beitrag zur Geschichte des Attizismus im IV. und V. Jahrhundert, von Wilhelm Fritz. Leipzig, Teubner 1898.
6. William Veitch, Greek verbs irregular and defective, Oxford, Clarendon Press 1887.
7. Karl Krumbacher, Studien zu Romanos, Sitzungsberichte der k. b. Akademie der Wissenschaften, Jahrgang 1898, II. Bd. München, Verlag der k. Akademie 1899, p. 69—268.
8. K. Krumbacher, Studien zu den Legenden des hl. Theodosios. Sitzungsberichte der k. b. Akademie der Wissenschaften, Jahrgang 1892, München, Verlag der K. Akademie 1893, p. 220—379.
9. Carolus Raab, De Flavii Josephi elocutione quaestiones criticae et observationes grammaticae. Dissertatio, Erlangae, 1890.
10. Fridericus Kaelker, quaestiones de elocutione Polybiana, quae leguntur in „Leipziger Studien zur klassischen Philologie“, Vol. III, T. II, p. 219 sqq. 1880.
11. Theodorus Malina, de elocutione Polyaenea, Dissertatio, Berolini 1854.
12. Appiani historia Romana ed. Ludovicus Mendelssohn, Lipsiae, in aedibus B. G. Teubneri 1881.
13. Oracula Sibyllina, ed. Josephus Henricus Friedlieb, Lipsiae, T. O. Weigel, 1852.
14. Oracula Sibyllina, edidit Aloisius Rzach, Wien, F. Tempsky, 1891.
15. Joannis Tzetzae historiarum variarum chiliades, ed. Theophilus Kiessling, Lipsiae, 1856.

16. Apollonii [Rhodii] Argonautica, emendavit, apparatum criticum et prolegomena adiecit R. Merkel, Lipsiae, Teubner 1854.
17. Thesaurus Graecae Linguae, ab Henrico Stephano constructus. Parisiis 1831—1865.
18. Franz Passow, Handwörterbuch der griechischen Sprache, V. Auflage, IV Bdd. Leipzig 1841—1857.
19. W. Pape's griechisch-deutsches Handwörterbuch, III Bdd. III. Auflage, neu bearbeitet von M. Sengebusch, Braunschweig, Friedrich Vieweg und Sohn 1880.
20. Carol. Ludovicus Willib. Grimm, lexicon graeco-latinum in libros novi testamenti, Ed. III. Leipzig, Arnold 1888.

Ex dissertationibus: „R. C. Martin: De fontibus Zosimi, Dissertatio 1866". „P. Schmidt: De auctoritate et fide historica Zosimi vitam Constantini Magni narrantis. Dissertatio 1865". „H. Sudhaus: De ratione, quae intercedat inter Zosimi et Ammiani de bello a Juliano imperatore cum Persis gesto relationes. Dissertatio, Bonnae 1870." et ex programmate: „Hermann Piristi: Prodigien, Wunder und Orakel beim Historiker Zosimos. Brixen 1893", nihil fere potui in usum meum convertere. Quod autem dissertationem Joannis Rheinfelderi Landaviensis: „De praepositionum usu Zosimeo" inspicere non potui (typis nondum expressa est), vehementer doleo.

Quaestiones.

I. Ad p. 10, 11 sq. Cum complures varios usus, tum unum mirum usum habet apud Zosimum verbum *φθάνω*. Ut de hoc primum agam, iam Passow, v. v. *φθάνω* p. 2240 scripsit de hoc verbo: „Und in dem Sinne von antreffen, erreichen, Zosim. 4, 52 (p. 209, 22 sq.)“ et Jacobitz und Seiler, v. v. *φθάνω* p. 1896 (in fine articuli): „2) = *καταλαμβάνω*, antreffen, erreichen, m. acc. Zos.“ Videmus iam his viris doctissimis hunc usum Zosimeum verbi *φθάνω* mirum esse visum. Sed non uno solum, sed quattuor locis Zosimeis mea quidem ex sententia *φθάνω* habet notionem: „antreffen, erreichen,“ in p. 10, 11 sq.: *αἰσθομένης δὲ τούτου Μαμαίας καὶ ἅμα τῷ φθάσαι τὴν ἐπίθεσιν τοὺς ταῦτα βουλεύσαντας ἀνελούσης ... κτλ.* (statimque detectis insidiis ... sustulisset.), p. 66, 7 sq.: *τοὺς ἐν τοῖς σταθμοῖς ἵππους, οὓς τὸ δημόσιον ἔτρεφεν. ἅμα τῷ φθάσαι τὸν σταθμὸν κολούων .. κτλ.*, p. 76, 9 sqq.: ... *πέμπει πεντακισχιλίους ὁπλίτας ἐπὶ τὴν αὐτοῦ δίωξιν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν ἀγνῶτες τῆς ὁδοῦ ... φθάσαι τοῦτον οὐκ ἠδυνήθησαν*, p. 209, 20 sqq.: *ἔστελλε μὲν δῆθεν τὸν ἀνακαλεσόμενον ἐκ τοῦ τραχήλου τὸ ξίφος· ὁ δὲ ... σχολαίτερον ἀπιὼν ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσαν τὴν κεφαλήν.* H. van Herwerden, qui de hoc proximo loco in Mnemosyne, N. s. vol. XVI. p. 352 sq. scripsit: „Iniuria editor improbare mihi videtur evidentem Reitemeieri correctionem *ὁ δὲ ... σχολαίτερον ἀπιὼν (οὐκ) ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσαν τὴν κεφαλήν.* Quid quaeso haec significabunt omissa negatione?“ tribus prioribus locis erroris convincitur. Nonnulla alia exempla, ex aliis scriptoribus sumpta, quibus verbum *φθάνω* cum eodem sensu cum acc. iungitur, exhibet Henrici Stephani Thes. Graec. Ling. v. *φθάνω* in fine tituli.

Deinde verbum *φθάνω* absolute usurpatum cum notione „vorhergehen" exsistit in p. 19, 9 sq.: *οὔπω πρότερον ἐν τοῖς φθάσασι χρόνοις τοσαύτην ἀνθρώπων ἀπώλειαν ἐργασάμενος*, aut „ankommen" in p. 126, 2 sq.: *φθασάσης δὲ μετ' οὐ πολὺ καὶ τῆς ἀπὸ Κελτῶν αὐτῷ παρακολουθούσης δυνάμεως* (= cum copiae advenissent), p. 254, 1 sq.: *τοῦτο δ' ἂν εἰς ἔργον ἤδη προῆλθεν, εἰ μὴ τοῦ βασιλέως Ὀνωρίου φθάσαντα γράμματα τὴν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἔλασιν αὐτοῦ διεκώλυσεν.*

Non nisi duobus locis verbum *φθάνω* Atticorum in modum cum sequente participio verbi, et id quidem participio aoristi, iunctum videmus, in p. 47, 15: ... *ἔφθησαν οἱ κατὰ τὴν ἑῴαν στρατιῶται συγκατασβέσαντες τῇ τυραννίδι τὸν ἄνθρωπον*, et p. 264, 26 sqq.: *ὥστε, εἰ μὴ πρὸ τῆς τῶν βαρβάρων ... ἀφίξεως διαδράντες ἔφθησαν Ἀρσάκιός τε καὶ Τερέντιος οἱ εὐνοῦχοι ... κτλ.* (Utroque loco legitur forma *ἔφθησαν* ex aoristo *ἔφθην* orta, cum primae illi notioni: „antreffen, erreichen" (v. supra) formae *φθάσαι* (3) et *ἔφθασεν* (1) ex aoristo *ἔφθασα* repetitae respondeant).

Uno loco Zosimus verbo *φθάνω* partes verbi secundarii imposuit, cum dicat in p. 224, 23 sq.: *τῶν δὲ στρατιωτῶν ἤδη πλησίον τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὄντων, φθάσας ὁ Γαίνης ἀπήγγειλεν Ἀρκαδίῳ τῷ βασιλεῖ τὴν αὐτῶν παρουσίαν.* Tribus ceteris locis verbum *φθάνω* cum infinitivo sequente iunctum videmus, in p. 25, 17 sq.: *ἐπεὶ δὲ τῆς φήμης προκαταλαβούσης ἔφθασαν οἱ ταύτης οἰκήτορες ἀποδρᾶναι ... κτλ.*, p. 31, 16 sq.: ... *πόλεσιν μὲν ἐπιέναι μὴ δυναμένη τῷ φθῆναι ταύτας τειχῶν τε καὶ τῆς ἄλλης ἀσφαλείας φροντίδα ποιήσασθαι*, p. 203, 22: ... *ἔφθησαν γὰρ ἐκεῖνοι τὸν Ἰόνιον περαιωθῆναι πορθμόν.*

Unde efficitur etiam in Zosimum cadere id, quod W. Fritz, Die Briefe des Bischofs Synesius von Kyrene, p. 110 sq., dixit: „Was das Part. bei *φθάνω, παύομαι, ἄρχομαι* etc. ... anlangt, so ist diese Konstruktion bei *φθάνω* in der nachklassischen Graecität weit durch die Konstruktion mit dem Infinitiv zurückgedrängt worden (Schmidt, Joseph. 436.)" Immo vero, maxima est apud Zosimum in hac re licentia, cum non minus quam quinque rationes verbo *φθάνω* utendi exhibeat.

II. Ad p. 11, 13 sqq. Mira est apud Zosimum constructio verbi *ἀπογιγνώσκειν* cum notione: „desperare de aliqua re" (eine Sache aufgeben, verzweifeln an etwas). Kühner-Gerth II, 1, § 421, annot. 3 (p. 400) nihil dicit nisi: „*Ἀπογιγνώσκειν τι* ist häufiger als *τινός*. der Unterschied ist wie desperare aliquid u. de aliqua re." Passow, v. v. *ἀπογιγνώσκω*, p. 324 scripsit: „... das Obiect wechselnd im Gen. und im Acc. ohne deutlich wahrnehmbaren Unterschied des Sinnes" etc.; nihil dixit de dativo, quo solo Zosimus usus est. Legimus enim in p. 11, 13 sqq.: ... *πάσαις ἀπογνοὺς ταῖς ἐλπίσιν ἑαυτὸν ἐπεδέδωκεν τρόπον τινὰ τῇ σφαγῇ*, p. 38, 25 sq.: *πᾶσιν ἐδόκει, τοῖς μὲν περὶ τὴν Ἔμισαν πράγμασιν ἀπογνῶναι διὰ τὸ καὶ τοὺς Ἐμισηνοὺς ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὴν ἔχοντας τὰ Ῥωμαίων αἱρεῖσθαι*, p. 84, 26 sqq.: ... *ἀπογνοὺς ταῖς ἐλπίσιν ... ἱκέτης τῷ Κωνσταντίῳ καθίσταται*, p. 109, 2 sqq.: *πάσαις δὲ ταῖς ἐλπίσιν ἀπογνοὺς ὁ Μαγνέντιος ... διενοεῖτο ἐκδραμεῖν*, p. 118, 20 sqq.: *τῶν αὐτόθι βαρβάρων ἀπογνόντων ἐλπίδι πάσῃ ... καὶ ὅσον οὐδέπω ... ἀπολεῖσθαι ... προσδοκησάντων*, p. 191, 19 sq.: (*ὁ Γρατιανὸς*) ... *ἀπογνοὺς ταῖς ἐλπίσι ... ἔφυγε προτροπάδην*, p. 249, 11 sq.: *τῶν δὲ πόλεων ταῖς ἐλπίσιν ἀπεγνωκότων* (sic!), p. 264, 4 sq.: *ὧν ἕνεκα ταῖς ἐλπίσι πάντες ἀπεγνωκότες ἐν ὀφθαλμοῖς ... ἔχειν ἐδόκουν τὴν ἀπώλειαν*, p. 269, 18 sq.: ... *καὶ πᾶσι τοῖς εἰς ἀνθρωπίνην ἰσχὺν φέρουσιν ἀπογνόντες ἀνεμιμνήσκοντο ... κτλ.*, p. 291, 1 sq.: *καὶ ἀπαρεσθεὶς τῷ γενομένῳ τοῖς κατὰ τὸν Ἄτταλον ἀπεγνώκει*. Septem horum locorum et locum *ἀπογνοὺς τοῖς ὅλοις* ex Georg. Pachym. Andron. Pal. p. 454 D (L. Dind.) sumptum habet etiam Henrici Stephani Thes. Gr. Ling. v. v. *ἀπογιγνώσκειν*.

Praeterea verbum *ἀπογιγνώσκειν* etiam ter cum infinitivo sequente iunctum est, uno loco, ubi habet notionem: „desperare", sine particula *μὴ* (in p. 26, 6 sqq.: *Οὐαλεριανοῦ δὲ διά τε μαλακίαν καὶ βίου χαυνότητα βοηθῆσαι μὲν εἰς ἔσχατον ἐλθοῦσι τοῖς πράγμασιν ἀπογνόντος, χρημάτων δὲ δόσει καταλῦσαι τὸν πόλεμον βουλομένου ... κτλ.*), duobus locis, quorum altero habet sensum: „constituere, beschliessen," altero sensum: „interdicere, (verbieten)," apposita est particula *μή*. Sunt hi loci p. 164, 10 sq.:

ἀλλὰ Οὐαλεντινιανὸς μὲν ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν ἀνδρὶ πρὸς φυλακὴν οὐκ ἀρκέσαντι τῆς αὐτῷ παραδεδομένης ἀρχῆς, et p. 168, 4 sq.: *ἐδόκει γὰρ Ῥωμαίους μὲν ἔχειν μετὰ πάσης ἀσφαλείας ὅσα πρότερον εἶχον, βαρβάροις τε ἀπέγνωστο μὴ περαιοῦσθαι μηδὲ ὅλως ποτὲ τοῖς Ῥωμαίων ἐπιβαίνειν ὁρίοις.*

III. Ad p. 15, 4. Praepositionem *ἄνευ* cum genitivo iunctam apud Zosimum non inveni. Eo saepius autem hic scriptor, ubi classici scriptores „*ἄνευ*" scripsissent, praepositionem „*σὺν*" cum dativo substantivi et pronominis *οὐδεὶς* vel similis verbi iunctam usurpat, ita quidem, ut certas locutiones structurasque sibi constituisse videatur, quae semper semperque redeunt. Sunt hae structurae: *σὺν οὐδενὶ κόσμῳ* in p. 15, 4, p. 30, 13, p. 124, 6, p. 179, 13, p. 185, 11, p. 277, 21 sq., p. 291, 2. — *σὺν οὐ πολλῷ πόνῳ* in p. 16, 11, p. 48, 15, p. 100, 23, p. 162, 21. — *σὺν οὐδενὶ πόνῳ* in p. 186, 16, p. 189, 16, p. 291, 16. — *οὐ σὺν πόνῳ* in p. 44, 4, p. 16, 23. — *σὺν οὐδεμιᾷ φρονήσει* in p. 26, 12. — *σὺν οὐδεμιᾷ τάξει* in p. 81, 5 sq. — *σὺν οὐδεμιᾷ κρίσει* in p. 165, 14, p. 244, 28. — *σὺν οὐδεμιᾷ τέχνῃ* in p. 241, 13 sq. — *σὺν οὐδενὶ λόγῳ* in p. 243, 8 sq.

Haec demonstrant praepositionem *ἄνευ*, ut apud ceteros scriptores posterioris Graecitatis, sic apud Zosimum quoque iam evanuisse. (Qua de re, quamvis sit mira, tamen nihil apud grammaticos invenire potui, nisi quod ne Synesius quidem habet *ἄνευ* in epistolis, cf. W. Fritz p. 143).

IV. Ad p. 18, 1: *οὐ προβέβλητο τόλμα . . . κτλ.* Hoc loco Mendelssohn dixit: „rara admodum ac fortasse corrigenda — nisi ubi hiatus vitandus erat — augmenti omissi apud Zosimum sunt exempla." Ego haec „rara" exempla afferam; augmentum syllabicum liquido hiatus fugiendi causa omissum videtur in p. 184, 14: . . . *ὀλίγῳ μεμείωτο.* Sed hiatus non erat vitandus in p. 23, 6: . . . *ὅσων δεδύνηντο* . . ., p. 44, 18: . . . *μιμήσεως μεμελέτητο* (sic V), p. 82, 18: . . . *δραμεῖν· πεπιστεύκει* . . ., p. 98, 8 sq.: . . . *ἀξίας τετυχήκει* . . ., p. 139, 13: . . . *παραπεφύκεσαν* . . . in verbo composito ut etiam nostro loco p. 18, 1: . . . *προβέβλητο* . . ., et p. 184, 15: . . . *ἐπιλελοίπει* . . .

(V habet *ἀπολελοίπει*), p. 165, 21: ... *ὧν πεπόνθει* ..., p. 281, 20: ... *θεὸν τετυχήκει*, p. 246, 8 sq.: ... *ἀγάλμασι γὰρ κεκαλλώπιστο* ...

Haec undecim exempla mihi quidem non admodum rara esse videntur, sed satis multa, ut sufficiant ad omnes illas formas sine augmento syllabico traditas retinendas. (Haec res cadit apud Zosimum non nisi in plusquamperfecta et activi et passivi, non in reliqua tempora praeterita.) De ipsa re vide Kühner-Blass I, 2, § 199, 9 p. 21, contra quem recte disserit W. Fritz, Die Briefe des Bischofs Synesius von Kyrene, Leipzig, Teubner 1898, p. 46—48. Praeterea Mendelssohnium nimis hiatui vitando inserviisse, docet R. Bitschofsky, Zeitschr. f. d. österr. Gym. 40. Jahrgg. 1889, p. 726 sq.

V. Ad. p. 31, 8 sq.: .... *ἐλῄζοντο πάντα χωρία. ἐς ἃ δὴ τρισχιλίους ἀποβαλόντες εἰς τὴν τῶν Δαλματῶν ἵππον ἐμπεπτωκότες, τοῖς λειπομένοις πρὸς τὴν οὖσαν ἅμα τῷ βασιλεῖ διηγωνίζοντο δύναμιν.* In *ἐς ἅ*, quod Mendelssohn per *ἐν οἷς*, scil. *χωρίοις*, interpretatur, offendit Bekker et *ἕως* coniecit. Si quid mutandum sit, Mendelssohn malit *ἐς οὗ*, quam formam Appianus quoque ab Herodoto mutuatus sit. Sed et *ἐς οὗ* in locis adscriptis: App. Iberic. § 18: „... *καὶ σιωπὴ σκυθρωπὸς ἐπεῖχε τὴν ἐκκλησίαν, ἐς οὗ Κορνήλιος Σκιπίων .... ἐσεμνολόγησεν .. κτλ.*“, et ibid. § 21: „... *Ῥωμαίοις ... ὁ πόνος πολύς τε ἦν καὶ χαλεπός, ἐς οὗ Σκιπίων ... εἶδε ... κτλ.*“, et *ἐς ὃ* in App. Illyr. § 22: „.... *καὶ ἔκειρεν ... ἐς ὃ διῆλθεν ... κτλ.*“, habet notionem: „dum=bis“, quae notio mihi non videtur convenire in nostrum locum. Quamobrem ego *ἐς ἃ* retinere velim, praesertim cum, ut K. Krumbacher, Studien zu Romanos, p. 247 docuit, revera magna sit inconstantia de usu praepositionum *ἐν* et *εἰς* apud scriptores totius posterioris et Byzantinae Graecitatis, et Zosimus ipse pendeat ex vulgari sermone suae aetatis. Cf. etiam Kühner-Blass I, 2, § 325, 4, p. 248, ubi legitur: „Die spätere Gemeinsprache verwendet *εἰς* cum acc. auch für *ἐν* ..., Belege zahlreich im Neuen Testament. [cf. Grimm, lexicon graeco-latinum v. *εἰς* (C)] Vide etiam W. Fritz, Die Briefe des Bischofs Synesius von Kyrene, p. 138: ... „Substitution von *εἰς*

statt *ἐν*, wie sie ja thatsächlich ein Merkmal der Volkssprache ist," ....etc." Jam e Zosimo ipso ea exempla, in quibus *εἰς* pro *ἐν* collocatum est, afferam. Non hiatus fugiendi causa *εἰς* pro *ἐν* usurpatum videmus in p. 4, 12: ... *τὴν μάχην εἰς Ἄρβηλαν πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος ... κτλ.*, p. 86, 6: ... *καὶ ταῖς εἰς τὰ βασίλεια γυναιξὶν συνήθης γενόμενος ... κτλ.*, p. 164, 19 sq.: ... *συναντῶσί πως σφίσιν εἰς Θυάτειρα τὰ στρατεύματα*, p. 236, 26 sq.: ... *ἐπεὶ δὲ εἰς Θυάτειρα συνέμιξαν ἀλλήλοις ... κτλ.* Sed hiatus fuga hoc factum esse potest in p. 249, 12 sq.: ... *καὶ αὐτῆς δὲ τῆς Ῥώμης, εἰς ἔσχατον οὔσης κινδύνου, συνταραχθείσης ... κτλ.*, p. 255, 21 sq.: ... *ἐπειδὴ Στελίχων μὲν εἰς τὴν Ῥάβενναν ἦν ... κτλ.*, p. 280, 3 sq.: ... *ἀνέγνω ταύτην, ἀλλ' εἰς ἐπήκοον Ἀλλαρίχου.*

Haud scio an non sit alienum etiam eos locos Zosimeos, ubi *ἐν* pro *εἰς* legitur, adscribere. Hi sunt: p. 12, 7: ... (*οἱ τὴν Λιβύην οἰκοῦντες*) *ἔστειλαν ἐν Ῥώμῃ πρέσβεις ... κτλ.*, p. 42, 10 sq.: *ἐν δὲ τῇ λίμνῃ εἰς τιμὴν τῆς θεοῦ δῶρα προσέφερον ... κτλ.*, p. 115, 16/p. 116, 1: ... *ἀπήγαγε τὸν στρατὸν ἐν τῇ οἰκείᾳ ... κτλ.*, p. 134, 16 sq.: .... *ἐν ἐσχάτῃ τοῦ πρακτέου κατέστησαν ἀπορίᾳ*, p. 274, 1 sq.: ... *τῶν δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην ἐν οὐδεμιᾷ τύχῃ βελτίονι καταστάντων ... κτλ.*, quod contra legitur in p. 121, 10 sq. recte: ... *ἕως ὅτε καταστάντες εἰς ἐσχάτην στενοχωρίαν οἱ Κουάδοι ... κτλ.* Fortasse huc etiam referri possunt: p. 140, 13 sq.: ... *ἐν ἀσφαλεῖ τῷ βασιλεῖ τὰ τῆς πολιορκίας ἐποίησαν.* Sed cf. cum hoc loco Kühner-Gerth II, 1, § 431, 1, p. 463 (6. versus a fine paginae), deinde p. 258, 12 sq.: ... *ἐξελκύσαντες τῶν οἰκημάτων ἐν οἷς ἔτυχον ἀποδράντες ... κτλ.* (fuga hiatus), p. 262, 12 sq.: ... *καὶ τοῦτον ἔν τινι τῶν ἐκκλησιῶν πεφευγότα εὑρόντες ... εἴασαν*, p. 286, 5: ... *Κώνσταντι σὺν ταῖς σφῶν γυναιξὶν ἦσαν ἐν φυλακῇ* (pro *ἐγένοντο εἰς φυλακὴν*).

In hac re quinque verba inprimis digna mihi videntur, in quae animos nostros convertamus, verba: *συμφυγεῖν*, *συνελθεῖν*, *καταφυγεῖν*, *παραγενέσθαι*, *πήξασθαι*.

συμφυγεῖν εἰς cum accus. legitur in p. 15, 19 sq.: .... *εἴς τι φρούριον συμφυγόντες ... κτλ.*, p. 67, 11 sq.: ... *συμφυ-*

γόντος εἰς τὴν Ῥάουενναν . . . κτλ., p. 119, 18: . . . οἱ δὲ συμφυγόντες εἰς τὰ ὄρη . . . κτλ., p. 139, 23: . . . συνέφυγον εἰς τὸ φρούριον . . . κτλ., p. 144, 19: . . . εἰς τὴν πλησίον . . . συνέφυγον πόλιν, p. 163, 19 sq.: συμφυγόντων (δὲ) αὐτῶν εἰς τὴν Κύζικον . . . κτλ., p. 207, 3: . . . εἰς τὰ ἕλη συμφυγόντας . . . κτλ., p. 224, 6: . . . εἰς Φολόην συμφυγεῖν . . . κτλ.

συμφυγεῖν ἐν bis legitur, in p. 179, 18 sq.: . . . καὶ πῦρ ἐνέντες τοὺς ἐν αὐτῇ συμφυγόντας μετὰ τῶν ἐνοικούντων ἐνέπρησαν . . . κτλ., in p. 247, 20 sq.: . . . καὶ τοὺς λῃστεύοντας ἐν τοῖς ὄρεσι συμφυγόντας ἐπιδιώξας . . . κτλ. (Omitto illos locos, ubi συμφυγεῖν ἐπί τι, περί τι, πρός τι legitur).

Verbum καταφυγεῖν, quod uno loco apud Zosimum repperi, iunctum videtur cum vocula ἐν in p. 50, 5 sq.: . . . ἐν ταύτῃ πολλοὺς ὡς ἐν ἀσφαλεῖ καὶ τειχήρει καταφυγόντας εὑρών, nisi forte ἐν ex verbo εὑρών pendet; cf. p. 262, 12 sq., quem locum iam supra, (in p. 11) dixi.

συνελθεῖν cum εἰς iunctum videmus in p. 61, 5: . . . εἰς τὸ Καπιτώλιον συνελθοῦσαι . . . κτλ., p. 99, 26 sq.: . . . εἰς ἓν συνελθόντες . . . κτλ., p. 101, 8: . . . συνελθεῖν εἰς ταὐτὸ . . . κτλ., p. 253, 11 sq.: . . . συνελθούσης δὲ τῆς γερουσίας εἰς τὰ βασίλεια . . . κτλ., p. 262, 27: . . . ἐς ταὐτὸ συνελθόντες . . . κτλ.; quod contra vocula ἐν sequitur in p. 60, 9 sq.: συνελθόντος δὲ τοῦ δήμου παντὸς ἔν τε τοῖς ῥηθεῖσιν τόποις καὶ ἐν τῷ ἱερῷ . . . κτλ.

Verbum παραγίγνεσθαι modo cum εἰς, modo cum ἐν iunctum videmus. Εἰς legimus in p. 126, 29: . . . εἰς τὸ Βυζάντιον παρεγένετο . . . κτλ., p. 133, 4: . . . εἰς Δάκιρα παρεγένετο, πόλιν . . . κτλ., p. 143, 13 sq.: . . . παραγίνεται δὲ καὶ εἰς περίβολον . . . κτλ., p. 149, 2 sq.: . . . εἰς Μάρωνσα παρεγένοντο κώμην . . . κτλ., p. 158, 20 sq.: . . . εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν παρεγένετο, . . . p. 254, 20 sq.: . . . εἰς τὴν Ῥάβενναν παραγενέσθαι . . . κτλ., p. 264, 23 sq.: . . . εἰς τὸ Πίκηνον παρεγένετο . . . κτλ., p. 279, 7 sq.: . . . παραγενομένου τε εἰς τὴν Ἀρίμηνον . . . κτλ., Ἐν autem sequitur in p. 80, 20 sq.: . . . ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἑλλησπόντου τὰς ναῦς παραγενέσθαι κελεύσας, p. 103, 5: . . . καὶ παραγενόμενος ἐν τοῖς . . . πεδίοις . . . κτλ., p. 250, 17: . . . ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσι παραγένοιτο . . . κτλ. [ἐπὶ c. accus.

scriptum legimus in p. 67, 24: ... ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἔγνω παραγενέσθαι ... κτλ., et ἄχρι c. genit. in p. 279, 4 sq.: ... ἄχρι τῆς Ῥαβέννης αὐτὸν παραγενέσθαι ... κτλ.].

Verbum πήξασθαι habet ἐν in p. 105, 23 sq.: ἐν τούτῳ (scil. τῷ χωρίῳ) σκηνὰς τῷ πλήθει πηξάμενος ... κτλ., p. 105, 1: πήξας ἐν τῇ γῇ τὸ δόρυ ... κτλ., p. 272, 10 sq.: ... καὶ τὰς σκηνὰς ἔν τισι ... ἐπήγνυντο τόποις. Eadem structura, cum εἰς iuncta, reperitur in p. 251, 20 sq.: ... τὰς σκηνὰς εἰς Ἡμῶνα πόλιν ἐπήξατο ... κτλ.

Sed, ut eo revertamur, unde profecti sumus: Hi loci satis demonstrant Zosimum et ipsum in praepositionibus ἐν et εἰς usurpandis tanta fuisse inconstantia, ut in p. 31, 9 vocula ἐς nullo modo sit corrigenda. Accuratius autem de hac re disputare potuissem, si Joannis Rheinfelderi Landaviensis libellum: „De praepositionum usu Zosimeo" scriptum inspicere licuisset.

VI. Ad p. 39, 12 sq.: προστησάμενος ἑαυτοῦ τινὰς ὁ Πέρσης τοὺς ἀποκρύπτοντας, ἐντείνας τὸ τόξον καὶ βέλος ἁρμόσας ἀφίησιν ... κτλ. De participio substantivi loco usurpato scripsit Kühner-Gerth II, 1, § 461, 5 (p. 594): „Der Gebrauch des durch den Artikel substantivierten Particips hat im Griechischen einen ungleich grösseren Umfang als im Deutschen, und in den meisten Fällen muss man im Deutschen Umschreibungen anwenden. Der, welcher, is qui, ein solcher, welcher, die, welche, oder Leute, welche, jeder, der, alle, welche. Entweder wird es von bestimmten oder von beliebigen Gegenständen gebraucht" (sequuntur exempla cum participii praesentis et aoristi activi, tum participii futuri cum articulo iuncti).

Participium cum articulo iunctum, ita quidem, ut pro enuntiato relativo finalem sensum habente (is, qui ... cum coni.) positum sit, apud Zosimum usitatissimum est. Participium enim praesentis activi cum articulo iunctum 7 locis legitur, in p. 39, 12 sq.: προστησάμενος ἑαυτοῦ τινὰς ὁ Πέρσης τοὺς ἀποκρύπτοντας ... κτλ., p. 130, 2 sqq.: διχῇ διελόντα ... στρατιάν, ὥστε πανταχόθεν ... εἶναι τοὺς τούτοις ἀνθισταμένους ... κτλ., p. 136, 30: εἰς τοῦτον ἀνεβίβασε τοξότας τε καὶ τοὺς ἀπὸ μηχανῶν ἀφιέντας λίθους ... κτλ., p. 167, 26 sq.: ... χρυσίον ...

ὑπισχνεῖτο δωρεῖσθαι τῷ βαρβάρου φέροντι κεφαλήν, p. 203, 11 sq.: . . . *καὶ τοῖς ἀσφαλῶς παραπέμπουσι παραδοὺς . . . κτλ.*, p. 212, 5: *ἑτέρους δὲ τοῖς ἄλλοις τέλεσιν ἐπιστῆσαι τοὺς ἡγουμένους*, p. 282, 2 sq.: *ἐν ἅπασι σχεδὸν τοῖς ἔθνεσιν εἶχε τοὺς τὰ πραττόμενα πολυπραγμονοῦντας.*

12 locis autem occurrit participium futuri (et quidem 4 locis futuri activi, 7 locis futuri medii, 1 loco futuri passivi), in p. 40, 3 sq.: *πέμπει παραχρῆμα τοὺς διώξοντας ταύτην ἱππέας . . . κτλ.*, p. 150, 24 sq.: *δίχα τοῦ πάντων ἡγησομένου . . . κτλ.*, p. 158, 23 sq.: . . . *ὅπως . . . ἔχοιεν τὸν ἀντιληψόμενον*, p. 161, 22 sq.: *ἔστελλον παραχρῆμα τοὺς συλληψομένους*, p. 185, 27 sq.: . . . *ὡς τῶν ἀντιστησομένων αὐτοῖς οὐκ ἐπιλειψόντων . . . κτλ.*, [p. 187, 12 sq.: *ἐφίστη τοὺς τῶν δημοσίων πράκτορας φόρων εἰσπράξοντας . . . κτλ.*, p. 188, 18: *καὶ οἱ κακῶς ἀπολούμενοι ὀρχησταί*], p. 204, 15: *οὐκ ἀναμείνας τοὺς ἐπιθησομένους . . . κτλ.*, p. 209, 20 sq.: . . . *ἔστελλε μὲν δῆθεν τὸν ἀνακαλεσόμενον . . . τὸ ξίφος . . . κτλ.*, p. 222, 1 sq.: . . . *ἔπεμπε λάθρα . . . τοὺς τὴν ἔφοδον ἀγγελοῦντας*, p. 224, 21: *ἔταττε τοὺς ἐπὶ τούτῳ σταλησομένους*, p. 280, 20: *ἔπεμπε δὲ τοὺς κατασκοπήσοντας, ὅπως . . . κτλ.*

Bis etiam participium aoristi hunc habet articulum: p. 226, 18 sq.: . . . *δυσανασχετούντων, ἐφ᾽ οἷς ἀλλαντοπώλης ἄνθρωπος τὸν ἐν ἀρχαῖς καὶ ἀξίαις διαπρέψαντα τοσαύταις ἵσταιτο κρίνων*, et ibid. vs. 30: . . . *τὸν τοσαύταις ἀρχαῖς διαπρέψαντα . . . εὐτελοῦς ἀνθρώπου . . . συκοφαντίαις ἁλῶναι.*

Denique 4 locis participium coniunctum invenimus et cum articulo et cum pronomine *οὐδείς*, in p. 231, 12 sq.: *καὶ συναπολέσθαι ταύτῃ τὴν ἔφαν οὐδὲν ἦν τὸ κωλῦον.* [Alterum exemplum, ubi *οὐδὲν* praedicati locum obtinet, legitur in p. 38, 29, sq.: . . . *οὐδὲν ἦν ἔργου καὶ λόγου τὸ μέσον*, cf. Kühner-Gerth II, 1, § 461, Anmerk. 3 (p. 592): „Steht ein mit dem Artikel verbundenes Particip einem Worte ohne Artikel gegenüber, so ist jenes das Subject, dieses das Praedicat, X. An. 2, 4, 5 *ὁ ἡγησόμενος οὐδεὶς ἔσται*, einer, der uns den Weg zeigen wird, wird nicht da sein etc.] Ceteri loci sunt: p. 189, 15 sq.: *πρὸς τὸ μηδένα κατὰ νώτου τὸν κωλύσοντα τὴν αὐτῶν ἐπιχείρησιν ἔχειν*, p. 228, 16: *παντάπασιν ἔχων οὐδένα τὸν ἀντιβλέπειν*

τολμῶντα, p. 266, 4 sq.: . . . *οἷα μηδενὸς ὄντος ἔτι τοῦ προδώσειν τὴν πόλιν ἐλπιζομένου*, (sic!), quocum conferatur p. 112, 9 sq.: *καὶ οὐδένα ἕξει τοῦ λοιποῦ Κωνστάντιος ὡς ἐκ γένους βασιλικοῦ πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν κληθησόμενον* (sine articulo).

VII. Ad p. 47, 1 sq. Rarissimum usum, ut mihi quidem videtur, habet apud Zosimum verbum *θαρρέω*, cum non solum cum dativo vel accusativo sequente, sed cum dativo et accusativo sequente iungatur, ut fiat locutio *θαρρεῖν τινί τι* (cum sensu: „credere alicui aliquid.“). Jam Bekker hanc rem observavit et in indice grammatico suae editionis omnes 7 locos, ubi haec ratio intercedit, enumeravit. Sunt autem hi loci secundum Mendelssohnii editionem: p. 47, 1 sq.: . . . *λόχον δὲ στήσας ἀνδρῶν, οἷς τοῦτο τεθαρρηκὼς ἔτυχεν* . . . *κτλ.*, p. 190, 23 sqq.: . . . *Ἀλανούς τινας αὐτομόλους δεξάμενος* . . . *δωρεαῖς τε ἁδραῖς ἐτίμα καὶ θαρρεῖν ἠξίου τὰ πάντων ἀναγκαιότατα* (scil. *αὐτοῖς*). p. 194, 12 sq.: . . . *οἷς μάλιστα ἐγνώκει τὰ τοιαῦτα θαρρεῖν* . . . *κτλ.*, p. 199, 20 sqq.: . . . *καὶ ἄλλως ὅσα ὁ βασιλεὺς οὐδενὸς εἰδότος ἄλλον πράττειν ἐβούλετο, τούτῳ καὶ ἐξαίρετον ἐγνώκει θαρρεῖν*. p. 211, 5 sq.: *καὶ οὐδὲν ἦν, ὃ μὴ ἐθάρρει τῶν σπουδαίων αὐτῷ*, p. 237, 20 sq.: . . . *καὶ Ἰωάννης ἐπὶ τούτοις, τὰ ἀπόρρητα πάντα παρὰ βασιλέως τεθαρρημένος*; et verbum *καταθαρρεῖν* in eadem structura in p. 208, 6 sq.: *τούτῳ γὰρ πάντα ὁ βασιλεὺς κατεθάρρει, τῶν ἄλλων ὀλιγωρῶν*. Mirum, si in his exemplis omnibus accusativus obiecti est neutrius generis. Neque tamen credo eundem accusativum nihil aliud esse nisi accusativum, qui dicitur limitationis; immo vero, ut inprimis passiva constructio proximi loci demonstrat, usitata locutio haec Zosimi esse videtur. Nihil potui de hac re invenire apud grammaticos, nisi quod *θαρρέω* notionem: „ich vertraue an“ etiam apud Romanon habet, (cf. K. Krumbacher, Studien zu Romanos, p. 238, ad vs. 719 et libros ibi allatos, et quod Henricus Stephanus, Thes. Graec. Ling. v. v. *θαρρέω* exhibet: „*θαῤῥῶ σοι τὸ ἀπόῤῥητον*, committo arcanum. Bud. e Chrysost. in I. ad Cor. 110., Ego malim Audeo committere; et Jo. Malal. p. 130, 19: *Μὴ θαῤῥεῖν ἑαυτὸν τοῖς βαρβάροις μόνον.*“

Ceteris locis Zosimeis verbum *θαρρέω* grammaticorum

normam sequitur. 11 locis enim, ubi *θαρρέω* habet sensum: „audere (wagen)", sequitur infinitivus, in p. 26, 1, p. 48, 11 sq., p. 74, 6 sq., p. 91, 12 sq., p. 111, 17 sq., p. 167, 22, p. 180, 17, p. 201, 19, p. 231, 26 sq., p. 239, 6, p. 270, 13.

Cum dativo iunctum, cum sensu: „confidere, (vertrauen)" quattuor locis, in p. 35, 14, p. 114, 14 sq., p. 125, 8, p. 210, 2, et quattuor locis sine casu substantivi absolute usurpatum cum sensu: „fortem esse (getrost sein)" invenitur, in p. 17, 3, p. 40, 14, p. 120, 1 sq.: *πρὸς πόλεμον οὐδένα θαρροῦντας ἔτι*, p. 164, 8. (*ἀναθαρρῆσαι*, wieder Mut bekommen, legitur in p. 190, 7). Denique bis a verbo *θαρρέω* pendet enuntiatum declarativum a vocula *ὡς* ordiens, cuius verbum exhibet indicativum futuri: p. 85, 2 sq. *ἐθάρρει γὰρ ὡς βιώσεται* . . . *κτλ.*, p. 112, 18 sq.: *Ἄπιστος δὲ ὢν φύσει, καὶ ὡς εὔνους αὐτῷ καὶ πιστὸς ἔσται μήπω τεθαρρηκὼς συνεκπέμπει Μάρκελλον*, id quod et ipsum rarum mirumque mihi quidem videtur.

VIII. Ad p. 50, 18 sq.: . . . *ἐκ τούτου τε χορηγεῖν ἐν μέρει τοῖς πολιορκουμένοις εὐπόρει* . . . *κτλ.*

χορηγεῖν ἐν scripsit Mendelssohn, *χωρηγείαν ἒν* (sic!) habet V, *χορηγία ἐν* ς. Ego et hic Vaticani lectionem retinendam putaverim, nisi quod pro *χωρηγείαν* malim *χορηγίαν*, unde facillime *χωρηγείαν* ortum esse potest, quippe cum et *χορηγίαν* et *χωρηγείαν* eandem habuerint pronuntiationem. Mendelssohnio autem eo minus assentiri possum, quod locos, ubi verbum *εὐπορεῖν* cum infinitivo sequente iunctum est, non inveni, praeter unum in Plat. Phaedr. 235, a: *εὐπορῶν πολλὰ λέγειν περὶ τοῦ αὐτοῦ* . . . *κτλ.*, unum apud Georg. Pisid. Heracl. 2, 61, unum in Chron. Pasch. p. 716, 16, unum apud Afric. Cest. p. 301, B, initio, (v. Henrici Stephani Thes. Graec. Ling. v. *εὐπορέω*). Sed complures locos, etiam apud Atticos scriptores, mihi Pape, v. *εὐπορέω*, subministravit, in quibus *εὐπορέω* transitive cum accusativo positum est, ut habeat notionem: „herbeischaffen", velut *εὐπορεῖν τἀργύριον* in Isaeo, 7, 8; *εὐπ. μνᾶς τινι* Demosth. 33, 7; *εὐπ. σιτοπομπίας τοῖς στρατιώταις*, Dem. 23, 155; *εὐπ. εὐμάθειαν τοῖς ἀκούουσιν* Lucian. conscr. hist. 53; *εὐπ. πιθανὰς ἀποδείξεις* Diod. Sic. 2, 31.

„χόρηγία“ autem notionem: „commeatus, Zufuhr, Lebensmittel“, et apud Polybium saepe habet, ut Pape docuit (v. v. χορηγία), et apud Zosimum tres locos inveni, quorum duobus „χορηγία“, ut nostro loco, significat: „Lebensmittel“, in p. 50, 10 sqq.: . . . ὁρῶν δὲ τὸ πλῆθος πολλῆς δεόμενον χορηγίας, τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν . . . . ἠφίει . . . κτλ., et in p. 167, 17 sq.: . . . ὥστε ἐξ ἑτοίμου γίνεσθαι τῷ στρατοπέδῳ τὴν χορηγίαν, cum tertio habeat sensum: „Beschaffung von Lebensmitteln oder Zufuhr“, in p. 267, 12: . . . τὴν διὰ τοῦ λιμένος τῶν ἐπιτηδείων ἐκώλυε χορηγίαν. Praeterea χορηγεῖν iis locis, quos ego quidem apud Zosimum invenire potui, semper cum obiecto iunctum legitur, quod nostro loco in Mendelssohnii lectione deest. Sunt hi loci: p. 39, 6 sq.: . . . τῆς τροφῆς ἐκ τῶν πλησιαζόντων ἐθνῶν τῷ στρατοπέδῳ χορηγουμένης, p. 18, 15 sq.: . . . καὶ χρημάτων τι μέτρον ἔτους ἑκάστου χορηγεῖν ὑπέσχετο, p. 91, 11: . . . ὡς ὁ χορηγῶν τὴν σίτησιν αὐτοῖς . . . κτλ., p. 160, 6, . . . καὶ τὰς ἐκ τούτων χορηγουμένας στρατιωτικὰς σιτήσεις, p. 162, 18: . . . ἔνθα δ᾽ ἂν δεήσειε χρήματα χορηγεῖν . . . κτλ., p. 183, 12 sq.: οὐκέτι γὰρ (scil. αἱ σιτήσεις) δύο στρατηγοῖς μόνον, ἀλλὰ πέντε . . . ἐχορηγοῦντο, p. 266, 10 sq.: . . . τὴν δημοσίαν δαπάνην τοῖς ἱεροῖς χορηγεῖν ἀρνησάμενος . . . κτλ., p. 279, 12: . . . καὶ σίτου τι χορηγεῖσθαι μέτρον . . . κτλ., p. 287, 19 sq.: . . . μηδεμιᾶς τροφῆς . . . τῇ πόλει χορηγουμένης.

His de causis ego: χορηγίαν ἐν μέρει . . . . εὐπόρει genuinam lectionem fuisse putaverim.

IX. Ad p. 53, 13 sqq.: . . . οἱ τῶν ἐκεῖσε στρατοπέδων ἡγούμενοι Σαβίνῳ Ἰουλιανῷ τὴν ὕπαρχον ἀρχὴν ἔχοντι βασιλικὴν στολὴν περιθέντες . . . κτλ.

Hoc loco, quem continet ea pars historiae, quae non ad ipsos Vaticani librarios redit, sed quam ex Joanne Antiocheno Exc. de virt. p. 834. Val. servaverunt et Mendelssohn adscripsit, hic de verbis: τὴν ὕπαρχον ἀρχὴν dixit in annotatione critica ad vs. 14: „τὴν τῶν ὑπάρχων ἀρχὴν ipse posuisset Zosimus, v. V, 44, 2 (p. 273, 15) ubi legitur: . . . τῆς τῶν ὑπάρχων ἀρχῆς . . . κτλ.“ Ego autem non credo Zosimum nostro quoque loco utique his iisdem verbis fuisse usurum, collatis ceteris locis, ubi

vel eadem vel similis legitur structura. Sunt hi loci: p. 208, 32 sq.: ... ἢ ὅτι τὰς ὑπάρχους ἔχοντες ἐξουσίας ... κτλ. (ubi item vocabulum ὕπαρχος pro adiectivo usurpatum est), p. 12, 8: ... τοῦ ὑπατικοῦ τάγματος ... κτλ., p. 237, 18 sq.: Αὐρηλιανὸς ὁ τὴν ὕπατον ἔχων ... τιμὴν ... κτλ., p. 268, 16: ... ὑπάρχου δ' ἀξίᾳ τετιμημένου ... κτλ., p. 284, 17: ... τὴν ὕπατον ἔχοντος ἀρχήν ... κτλ., p. 288, 9 sq.: ... ἐπὶ τῇ τοῦ Τερτύλλου ὑπάτῳ τιμῇ σφόδρα εὐφραινόμενοι, ubi V habet ὑπάτου, quod Sylburg, recte quidem, ut mihi videtur ex exemplis supra adscriptis, in ὑπάτῳ mutavit. Hi loci demonstrant scriptorem verba idem vel simile significantia satis variasse et vocabulum ὕπαρχος non minus quam ὕπατος a Zosimo etiam pro adiectivo usurpari, id quod Mendelssohnium fugisse videtur, ut eius annotatio: „τὴν τῶν ὑπάρχων ἀρχὴν pro τὴν ὕπαρχον ἀρχὴν ipse posuisset Zosimus“ stare non possit.

X. Ad p. 56, 20 sqq.: ὄναρ δὲ θεασάμενοι, προσαγαγεῖν ἱερεῖα μέλανα Περσεφόνῃ καὶ Ἅιδῃ καὶ τρεῖς ἐπαλλήλους ἄγειν παννυχίδας ᾠδῶν καὶ χορῶν, ἀφηγήσαντο πρὸς τὸν πατέρα τὸ ὄναρ ὡς ἀνδρὸς μεγάλου καί θεοπρεποῦς ταῦτα ποιεῖν ἐπισκήψαντος ... κτλ.

Post προσαγαγεῖν mihi quidem lacuna esse videtur. Puto enim post verbum προσαγαγεῖν aut participium ἐγκελευόμενον vel παρακελευόμενον vel simile quoddam verbum imperandi aut verbum δεῖν excidisse. Nam dubito, num simplex infinitivus a locutione ὄναρ δὲ θεασάμενοι sine ullo verbo, quo significetur necessitas, pendens et ipse habeat hoc loco notionem gerundii vel gerundivi, praesertim cum contulerim similes locos, ut p. 173, 4 sq.: Νεστόριος ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ... ὄναρ ἐθεάσατο παρακελευόμενον χρῆναι τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρωα δημοσίαις τιμᾶσθαι τιμαῖς, ubi non solum uno, sed duobus verbis eiusmodi significatur aliquid esse faciendum. Deinde paulo ante nostrum locum in p. 55, 15 sq.: ... ἀκούειν φωνῆς ἔδοξεν, ἀπάγειν εἰς Τάραντον ἐγκελευομένης τὰ τέκνα ... κτλ., p. 56, 7 sq.: αὖθις πυθόμενος ἔγνω δεῖν τῷ θεῷ πείθεσθαι., p. 56, 12 sq.: ... ἤκουεν κατάγεσθαι δεῖν ἐν τῷ Τάραντι ... κτλ., alii. Denique in ipso nostro enuntiato, p. 57, 2 sq. (v. supra) verba:

ὡς ἀνδρὸς μεγάλου καὶ θεοπρεποῦς ταῦτα ποιεῖν ἐπισκήψαντος, coniecturam meam confirmare mihi videntur. Accedit, quod verbum δεῖν post προσαγαγεῖν propter similitudinem et scripturae et pronuntiationis facillime potuit excidere. Itaque scribendum putaverim aut: . . . ὄναρ δὲ θεασάμενοι προσαγαγεῖν (ἐγκελευόμενον) ἱερεῖα μέλανα aut προσαγαγεῖν (δεῖν) ἱερεῖα μέλανα . . . κτλ.

XI. Ad p. 70, 4 sq.: . . . μή ποτε Ἀλέξανδρος ἀντισταίη, τόπον ἐπέχειν τοῖς ὑπάρχοις τῆς αὐλῆς ἐν Λιβύῃ καθεσταμένος . . κτλ.

τοῖς ὑπάρχοις habet V, τοῦ ὑπάρχου Stephanus et Sylburg, collato II, 9, 5 (p. 67, 4): ἐπειδὴ τοῦ τῆς πόλεως ὑπάρχου τόπον ἐπέχων . . . κτλ. Cui loco addi potest p. 90, 22 sq.: . . . οἳ στρατηγῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν ἐπεῖχον . . . κτλ. Nihilo setius ego etiam hoc loco dativum Vaticani: „τοῖς ὑπάρχοις" retinere malim, ita quidem, ut scribendum esse putem: τόπον ἐπέχειν ἐν τοῖς ὑπάρχοις, quae lectio eo potissimum commendatur, quod ἐν facile propter terminationem ειν (quae in pronuntiabatur), voculae antecedentis ἐπέχειν omitti potuit.

XII. Ad p. 73, 1—3: . . . (ὥστε) ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τοῦ ποταμοῦ τὰ πληροῦντα μέρος τῆς γεφύρας ἑκάτερον συναντᾶν πως ἀλλήλοις περόναις σιδηραῖς, ἀνασπωμέναις ἡνίκα μή τις βουληθείη ζυγῶσαι τὴν γέφυραν.

ἡνίκα μή τις βουληθείη scripsit Mendelssohn, ἡνίκα ἄν τις μὴ βουληθείη Sylburg, Reitemeier, Bekker. V habet ἡνίκα ἄν τις βουληθεῖ ἢ (sine μή), quae lectio, dummodo βουληθεῖ ἢ in βουληθείη contrahatur, non video cur sit repudianda. Nam vocula μή nequaquam opus est, si locus hunc fere in modum intellegitur: fibulae ferreae (scilicet: eae partes pontis, quae dimidia coniungebant), cum hostis aliquis (= τίς) [scil. ex ulteriore ripa profectus] hunc pontem iungere et sua ex parte explere volebat, subducebantur. Et in eo, quod hic ἡνίκα ἂν cum optativo iterativo iungitur, nulla est offensio, cf. W. Schmid, Der Atticismus, IV, p. 620 f. et de eadem re H. van Herwerden, ad Zosimi historiam novam, in Mnemosyne vol. XVI, 1888 p. 352, ubi in annot. ad IV, 16, 1 legitur: „ἡνίκα ἂν . . . (cum Optativo)

fortasse ipsius scriptoris error est . . . etc." Sed hunc „errorem" apud Zosimum usitatissimum fuisse docent reliqui loci, ubi *ἄν* cum optativo post coniunctionem temporalem positum est. Sunt autem hi loci: p. 143, 18 sq.: . . . *καὶ παρεῖχον τῷ βασιλεῖ, . . . ἡνίκα ἂν βουληθείη, ῥᾳστώνην*, qui locus, quippe qui habeat simillimam constructionem, nostro quoque loco patrocinatur. Praeterea p. 186, 11 sq.: . . . *καὶ ὁπηνίκα ἂν αὐτοῖς δοκοίη . . . στρατεύεσθαι. Ἐπὰν* cum optativo iterativo iunctum est in p. 152, 2 sq.: . . . *διωκόντων μὲν ἐπὰν ὁδεύοντας ἴδοιεν, φευγόντων δὲ ὁπότε αὐτοῖς ἀντεπίοιεν Ῥωμαῖοι . . . κτλ.* Ibidem in annotatione critica ad vs. 2 Mendelssohn eos locos adscripsit, ubi *ἐπειδάν* (et id quidem in oratione obliqua) cum optativo iunctum videmus: II, 50, 2 (p. 107, 7 sq.): . . . *ἐγκελευσάμενος, ἐπειδὰν ἐφισταμένου Κωνσταντίου μέλλοι πρὸ τῆς πόλεως συνάπτεσθαι μάχῃ . . . κτλ.*, IV, 48, 3 (p. 205, 9 sq.): . . . *εἰπών, ὥστε ἐπειδὰν ὁ . . . ἵππος ἀπείποι τῷ πόνῳ, μεταβαίνειν . . . κτλ.*, V, 18, 1 (p. 238, 1 sq.): . . . *παρεγγυῶν, ἐπειδὰν ἴδοιεν ἐξελθόντα . . . κτλ.*, V, 31, 5 (p. 256, 22): [*ἔλεγε δὲ*] . . . *καὶ ἐπειδὰν εὕροι τὴν Ἰταλίαν . . . ἔρημον . . . κτλ.* Quibus locis addere possum p. 291, 9 sq.: . . . *πείθειν σπουδάζων ὡς, ἐπειδὰν κρατήσειε τῆς βασιλείας, αὐτῷ ἐπιβουλεύσοι . . . κτλ.*

ἔνθα ἂν cum optativo iunctum videmus in p. 162, 17 sq.: . . . *ὁμολογήσαντος, καὶ ἔνθα* [*δ'*] *ἂν δεήσειε, χρήματα χορηγεῖν . . . κτλ.*, *ἕως ἂν* in p. 179, 3 sqq.: . . . *ἕως ἂν σπάνει τῶν ἐπιτηδείων ἀπειπόντες ἢ παραδοῖεν αὐτοὺς ἢ . . . ἀναχωρήσαιεν . . . κτλ.*, denique *μέχρις ἂν* in p. 260, 7: . . . *ἐπιμεῖναι, μέχρις ἂν . . . ὁ βασιλεὺς . . . ἐπιδείξειε . . . κτλ.*, et in p. 290, 5 sq.: . . . *ἐγνώκει . . . ἐπιμεῖναι τῇ Ῥαβέννῃ, μέχρις ἂν . . . αὐτῷ δηλωθείη . . . κτλ.*, et in p. 293, 4 sqq.: . . . *κατασχὼν . . . μέχρις ἂν . . . περιποιήσειεν.*

Itaque et sensus et usus Zosimeus traditam Vaticani scripturam: *ἡνίκα ἄν τις βουληθείη* satis defendunt, ut neque *ἂν* omittendum sit, neque *μὴ* inserendum.

XIII—XVII. XIII. Ad p. 94, 3 (oraculi vs. 6):

ἐκ δὲ θρόνων πεσέειν, οἷοι κύνες ἀμφὶς ἔχουσι.

οἷοι Mendelssohn scripsit, secutus Tzetzam (Chil. VII, vs. 563),

V habet *οἷον*. Mihi quidem hic versus antiquitus corruptus esse videtur. Nam ut iam *οἷοι* non habet, quo referatur, ut vel *οἷον*, quod habet V et quod ad pronomen *σέ* in p. 94, vs. 1 referri potest, melius videatur, ita hoc mihi inprimis scrupulum iniecit, quod in vs. 1 oraculi oves, in vs. 2 leo, in vs. 6 canes et in vs. 7 lupi occurrunt. Non credo a principio de tam multis bestiis oraculum egisse. Propterea ego pro: „*κύνες*" conieci: „*κίονες*" et pro: „*οἷοι*": „*οὗς*", hoc fere sensu: „(Dico) te brevi expulsum iri e solio, quod columnae circumdant".

Patrocinentur huic meae coniecturae Homeri Odyssea I, vs. 53 sq.:

...... *ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς*
μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν.

et Hom. Odyss. VIII, vs. 65 sq.:

τῷ δ᾽ ἄρα Ποντόνοος θῆκε θρόνον ἀργυρόηλον
μέσσῳ δαιτυμόνων, πρὸς κίονα μακρὸν ἐρείσας.

Hom. Odyss. VIII, vss. 469—473:

ἦ ῥα καὶ ἐς θρόνον ἷζε παρ᾽ Ἀλκίνοον βασιλῆα·
.... *εἷσε δ᾽ ἄρ᾽ αὐτὸν*
μέσσῳ δαιτυμόνων, πρός κίονα μακρὸν ἐρείσας.

et in ipsis orac. Sibyll. II, 239, sq.:

καὶ καθίσει Σαβαὼθ . . .
ἐς θρόνον οὐράνιον, μεγάλην δέ τε κίονα πήξει . . . κτλ.

His locis fere omnibus vocabulum *θρόνος* a vocabulo *κίων* haud procul abest; Odyss. libri VIII. locis describitur, quomodo in homerica domo solia poni sint solita. Itaque etiam in iis tabulis, quibus domus illa interior exprimitur, *θρόνοι* reperiuntur stantes inter duas columnas, velut in Autenrieth, Wörterbuch zu den Homerischen Gedichten, Leipzig, Teubner 1887, Tafel XVI, No. 104, p. 362. Vocula *οὗς*, quae post: „*κίονες*" in: „*κύνες*" depravatum non iam in versum conveniebat, deinde a librariis in „*οἷον*" vel: „*οἷοι*" falso mutata esse mihi videtur. (Cf. versionem meam Germanicam totius huius oraculi in p. 25 sq. huius libelli).

XIV. p. 94, vs. 5 (orac. vs. 8):

οὐδ᾽ ἐθέλοντι γὰρ εἴσω ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει

V² habet: ἐθέλοντι γὰρ /:ϱ̈. εἴσω, V¹ legit: ἐθέλοντι /// (o. ?) γ ////. | ϱείσω, V: θήσει //// (2 litt. eras). Pro: εἴσω Mendelssohn requirit αἰνὸν, αἰσχϱὸν vel sim. (cf. Mendelssohn hoc loco), contra quem H. van Herwerden, Mnemosyne XVI, 1888 p. 348 in fine, dixit: „Fallitur vero editor vitii sedem putans esse εἴσω, pro quo αἰνὸν, αἰσχϱὸν vel sim. requirit. Nam absurdum est: ne volenti quidem se summittet. Simplici mutatione reponatur:

οὐδ' ἐλθόντι γὰϱ εἴσω ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει:

ne illi quidem, qui (victor) civitatem intraverit, (se summittet)."

Quae coniectura quamvis speciosa et probabilis videatur, tamen ego tradita verba retinuerim, dummodo ne, ut Herwerden, ea interpreteris: ne volenti quidem se summittet (scil. lupus), sed: vel nolenti (scil. tibi) cervices (scil. tuas) sub iugum mittet. Ἐθέλοντι (scil. σοι) mihi videtur esse dativus incommodi, ut etiam in oraculis Sibyllinis XIV, vs. 308 sq. legimus:

τοῖς γὰϱ δὴ δούλειον ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει
ὁ πϱὶν ἐλευθεϱίησιν ἐπώνυμος . . . κτλ.,

ubi: „τοῖς" dativum incommodi esse apparet. Idem locus autem demonstrat verba: ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει non: „se summittet" significare, sed: „iugum (scil. aliis) imponet."

Quamquam non ignoro haereri posse in verbis: εἴσω ὑπὸ ζυγὸν . . . κτλ. Sed fortasse sic ea possumus interpretari: „Unter das Joch hinein". Nihil igitur in hoc versu mihi quidem videtur mutandum.

XV. Ad p. 94, vs. 7 sq. (orac. vs. 10 sq.):

. . . ταχὺ δ' ἐπιβήσεται ἀϱχὴ
ἀνδϱάσιν οἳ Βύζαντος ἕδος καταναιετάουσι.

Mendelssohn verba ταχὺ δ' ἐπιβήσεται ἀϱχή antiquitus corrupta esse putat, cum neque dici possit: ἐπιβαίνει ἀϱχή τινι, imperium ad aliquem transit — quamquam ipse Zosimus in § 2 (p. 95, vs. 10 sq.) ita interpretatus sit — et, ut dici possit, verba vs. 14 (oraculi):

ἣν λύκος αἰνόλυκος πτήξει κϱατεϱῆς ὑπ' ἀνάγκης,

lupum illum Byzantiis quoque exitium minatum esse doceant;

denique in ταχὺ vitium metricum esse. Itaque Mendelssohn pro ἀρχή coniecit Ἄρης, quod probans Nauck ταχύς pro ταχύ coniecit.

De verbis ἐπιβήσεται ἀρχή τινι et de vitio metrico in ταχύ ego quoque Mendelssohnio assentior. Nam etiamsi ἐπιβαίνω cum dativo sequente dici potest, cf. p. 125, 5 sq., ubi item in oraculo legitur:

Παρθενικῆς δὲ Κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέντε
εἰκοστῇ . . . κτλ.,

et in ipsius Zosimi verbis p. 168, 6 sq.: . . . τοῖς Ῥωμαίων ἐπιβαίνειν ὁρίοις, quod contra ἐπιβαίνω cum genitivo iunctum legimus in orac. Sibyll. V, vs. 127:

πόντος ἀπ' αὐτομάτου ἐπιβὰς χώρης ἀλεγεινῆς . . . κτλ.,

tamen sensus: „Die Herrschaft wird treten auf die Byzantier" mihi non placet. Et in vocabulo ταχύ vitiam metricum inesse, ut iam Rzach recte agnovit, demonstratur etiam vocabulis τρηχὺ (p. 95, vs. 5) et ταχὺ (ibid. vs. 6), ubi littera „υ" recte breviter usurpata est.

At pro ἀρχή (p. 94 vs. 7) primitus vocabulum „Ἄρης" fuisse, id neque Mendelssohnio neque Nauckio crediderim. Mendelssohn enim vocabulum πτήξει (p. 94 vs. 11) non recte pro transitivo verbo: „terrere, (in Schrecken setzen)" intellexisse videtur; sed hoc verbum hoc loco notionem intransitivam: „exhorrescere (sich fürchten vor, sich ducken vor)" habere, quo sensu πτήσσω etiam cum accusativo sequente iungi potest, et ex eis, quae antecedunt, efficitur, et docent orac. Sibyll. XII, vs. 19 sq. (secundum Rzachii editionem):

αὐτὸς γὰρ μεγάθυμος ἀριστεύσει πολέμοισιν,
ὃν Θρήκη πτήξει καὶ Σικελίη, μετὰ Μέμφις . . . κτλ.,

et ea exempla, quae apud Passow, Handwörterbuch der gr. Spr. v. πτήσσω, leguntur. Quod autem vs. 18 sqq. (oraculi) Byzantiis magna mala praedicuntur, non obstat meae interpretationi, si quidem vera est Mendelssohnii sententia, qui vs. 15 alterius oraculi initium esse putat. Ex eo autem, quod Byzantii ter beati dicuntur (cf. p. 94, vs. 9) et quod lupus caput demittat necesse esse dicitur ante moenia Byzantii, quod igitur Byzantiis victoria

et imperium praedicitur, effici poterit in vs. 7 vocabulum ἀρχή utique esse retinendum, nisi quod pro ἐπιβήσεται aptius aliquod verbum desideratur. Ego proposuerim: ἐπιπέσ(σ)εται (vide Veitch, v. πίπτω), quae forma futuri saepissime occurrit in oraculis Sibyllinis, velut III, 83, IV, 82, 97, XI, 143, XII, 175, 185, 239, 288, XIII, 20, 80; pro ταχὺ sine dubio corrupto ego scribendum puto non ταχέως, ut Rzach synizesi inaudita voluit, sed τάχος pro adverbio usurpatum. Totum igitur versum sic fere scripserim: . . . . τάχος δ᾽ ἐπιπέσσεται ἀρχὴ

ἀνδράσιν, οἳ Βύζαντος ἕδος . . . κτλ.

XVI. Ad p. 95, 3—4 (orac. vs. 18—19):

Θρῇσσα κύει μέγα πῆμα, τόκος δέ οἱ οὐκέτι τηλοῦ,
σπειραι παῖδα κακὸν . . . καὶ τῇδε φέρουσαν.

In corrupto et mutilo vs. 4 (orac. vs. 19) habet V[1] σπειραι, V[2] σπεῖραι, editores inde a Gillio scripserunt πείρᾳ. Mendelssohn desiderat pro σπειραι vocabulum pariendi, non gignendi. Pro φέρουσαν denique, quod habent V et Gillius (Mendelssohn hoc loco erravit), editores scripserunt φέρουσα. Ego pro σπειραι scribendum puto: „σπεῖραν" (serpentem = Schlange), quam notionem σπεῖρα etiam habet in Apollonii (Rhodii) Argonauticis 4, 151, ubi legitur (vs. 149—151):

. . . . αὐτὰρ ὅγ᾽ ἤδη
οἴμῃ θελγόμενος δολιχὴν ἀνελύετ᾽ ἄκανθαν
γηγενέος σπείρης, μήκυνε δὲ μυρία κύκλα . . . κτλ.

Sic accusativus φέρουσαν quoque retineri potest. Lacuna post κακὸν, quod malum vel perniciem significat, sic fortasse explenda est: κακόν (ποτε γῇ) καὶ τῇδε φέρουσαν, ut totus versus hanc habeat formam:

σπεῖραν παῖδα, κακόν (ποτε γῇ) καὶ τῇδε φέρουσαν,

et sic fere intellegendi sint duo illo versus: „Thracia parturit magnum malum, (scil. portentum), serpentem filiam, quae perniciem quondam adducet huic quoque terrae (germanice: . . . will gebären eine Schlange als Kind . . . etc.). Tum etiam optime conveniunt vs. 5 et 6 (orac. vs. 20 et 21).

XVII. Ad p. 95, vs. 5 (oraculi vs. 20):

τρηχὺ παρ᾽ ἠπείρου πλευρὰς ἐπιναίσεται ἕλκος,

ἐπειναισεται (sine acc.) habet V[1] (sic!), ἐπιναίσεται V[2], ἐπαίσεται Gillius, ἐπινείσεται ς. Mendelssohn requirit verbum surgendi, unde ἐπανίσταται coniecit, ita tamen, ut fortasse rarius aliquod verbum latere concedat; ἐπινείσεται certe nullo modo ferri posse. Ego autem futurum ἐπιναίσεται nullo modo ferri posse dixerim; nam ναίω habet futurum νάσσομαι, nullam aliam formam, cf. Kühner—Blass I, 2, § 343 v. ναίω (p. 489 sq.) et Veitch v. ναίω. Contra forma ἐπινείσεται, quam legit ς, mihi quidem non prorsus repudianda videtur, dummodo futurum verbi ἐπινίσσομαι intellegatur (cf. Kühner—Blass I, 2, § 343 v. νίσομαι p. 493 et Veitch v. νίσσομαι).

Ego conieci: „ἐπινίσεται“ (futurum verbi ἐπινίσσομαι): „superveniet oris etc.“ ἐπινίσσομαι enim habet 1) notionem: „darüber hingehen“, c. Genit. 2) notionem: „ankommen, dazukommen,“ cum accusativo sequente, cf. Apoll. (Rhod.) Argon. 4, 817:

. . . ἀάσθη· καὶ γάρ τε θεοὺς ἐπινίσσεται ἄτη. κτλ.

Hoc loco Apollonii fretus haud scio, an etiam nostro loco (p. 95 vs. 5) „παρ᾽“ in „γὰρ“ sit corrigendum, quo facto etiam coniunctio huius versus cum versu praegresso efficitur. Totum igitur versum sic scribendum esse puto:

τρηχὺ γὰρ ἠπείρου πλευρὰς ἐπινίσεται ἕλκος.

Cum autem hunc in modum de singulis partibus oraculi difficillimi egerim eisque, quantum in me est, aliquid lucis afferre studuerim, haud alienum mihi videtur, nunc versionem Germanicam totius oraculi experiri. Quod iam Hermann Piristi, Programm des Fürstbischöflichen Privatgymnasiums in Brixen, 1893, p. 12 ante me fecit, sed nimis mihi videtur inserviisse traditis verbis traditisque — erroribus. Ego igitur iam sic fere interpretari voluerim hoc oraculum:

„O König der Thraker, verlassen wirst du die Stadt [Nauck: zurücklassen wirst du die Stadt zur Weide für die Schafe]. Unter den Schafen aber wirst du grossziehen den gewaltigen Leuen, den krummkralligen, schrecklichen, der einst rauben wird des Heimatlandes Kleinodien; das Land aber wird er einnehmen sonder Mühen. Und nicht gar lange, sage ich, wirst du dich

freuen der Herrschaft Glanz (Ehren), sondern stürzen vom Thron, den Säulen beiderseits umgeben (vetus lectio: „da Hunde beiderseits ihn umgeben.") Aufstören aber wirst du den schlafenden Wolf, den krummkralligen, schrecklichen, und auch wenn du nicht willst, wird er dir deinen Nacken drücken unter das Joch hinein. Dann fürwahr werden der Bithynier Land Wölfe bewohnen nach den Ratschlüssen des Zeus. Bald (rasch) aber wird die Herrschaft zufallen den Männern, welche die Stätte von Byzanz bewohnen. Dreimal glückseliger Hellespont und ihr von Göttern gegründete Mauern der Männer [(und du Stadt, gebaut)] durch der Götter Geheiss, vor der sich der grimme Wolf wird ducken müssen unter dem Zwang (= ὑπὸ) der starken Notwendigkeit. O ihr, die ihr die Megareische Stadt, mein Heiligtum, bewohnt, nicht mehr will ich verschweigen des Vaters Absicht, nein, verkünden will ich der göttlichen Sprüche Gesang, wohl verständlich den Sterblichen. Thracien('s Land) will gebären grosses Unheil, (nicht fern mehr aber ist ihr das Gebären), eine Schlange als Kind, das Verderben (einst) bringt auch diesem (Lande). Denn als ein furchtbar Geschwür (Schaden) wird sie kommen über des Festlandes Küsten und gewaltig aufschwellen, bald aber, geborsten, im Blute schwimmen (Blut strömen lassen)."

XVIII. Ad p. 106, 27 sqq.: . . . *ὁ Μαγνέντιος πῦρ προσῆγε ταῖς πύλαις, ὡς ἂν τοῦ καλύπτοντος τὰ ξύλα σιδήρου δαπανηθέντος εἴξαντα τῷ πυρὶ τὴν εἰς (τὴν) πόλιν εἴσοδον ἀναπετάσαιεν τῷ στρατῷ.*

Offendens in *δαπανηθέντος*, et recte quidem, ut ait Mendelssohn, dixit Sylburg: „Convenientius fortasse reposuerimus *διαπυρωθέντος*". Sed si contulerimus p. 147, 5 sq.: *καὶ πάντα . . . ἐδαπανήθη πυρί . . . κτλ.*, nostro quoque loco *δαπανηθέντος πυρὶ* sine ullo scrupulo nobis videbitur retinendum.

Pro *εἴξαντα* (vs. 29) Reitemeier coniecit *εἴξασαι*, participium ad *πύλας* referens; at tales formas Zosimum vitare dicit Mendelssohn, recte quidem, ut opinor. Potuisse illum conicere *εἴξαντες*, cf. ad IV, 29, 1, (p. 184, 16): *τῶν ἐπιτεθέντων εἰσφορῶν;* Mendelssohn ipse scribi vult: *σιδήρου διὰ παντὸς*

(„usque quaque") *εἴξαντος τῷ πυρὶ . . . κτλ.* Sed ne sic quidem locus mihi expeditus videtur, cum Mendelssohn etiam pro plurali numero opt. aor. *ἀναπετάσαιεν*, quem habet V, singularem numerum *ἀναπετάσαι* vel *ἀναπετάσειεν* scribere debuerit, praeterquam quod verba *δαπανηθέντος πυρὶ* retinenda esse supra demonstravi. Ego quidem nihil mutaverim, nisi quod verba „*τὰ ξύλα*" inter verba *ὡς ἂν* et *τοῦ καλύπτοντος* collocare velim. Sic enim efficitur sensus: „ut ligna, consumpto ferro tegente, igni cedentia aditum exercitui in urbem aperirent." In eo, quod verbum *ἀναπετάσαιεν* pluralem habet numerum, quamquam *τὰ ξύλα* subiectum est enuntiati, nulla est offensio, cf. Kühner-Gerth II, 1, § 365, b, p. 65 sq. et ceteros locos, ubi Zosimus habet hanc structuram: p. 15, 26, — p. 16, 1: . . . *τὰ μὲν κατὰ τὴν ἑῴαν . . . παρήγαγον . . . κτλ.*, p. 137, 21: . . . *τὰ μὲν πυρὶ παρεδόθησαν . . . κτλ.*, p. 143, 9 sqq.: . . . *καὶ τὰ οἰκήματα . . . κατελύθησαν . . . κτλ.*, p. 143, 16 sqq.: . . . *θηρίων παντοίων . . . γένη τροφῆς τε οὐκ ἠποροῦντο . . . καὶ παρεῖχον . . . ῥᾳστώνην*, p. 240, 19: *δοκοῦσι δέ πως τὰ πλοῖα ταῦτα ταχυναυτεῖσθαι . . . κτλ.*, p. 289, 11: . . . *ἓξ τάγματα στρατιωτῶν προσωρμίσθησαν.*

Locus igitur sic mihi videtur redintegrandus: *ὡς ἂν τὰ ξύλα, τοῦ καλύπτοντος σιδήρου δαπανηθέντος, εἴξαντα τῷ πυρὶ τὴν εἰς (τὴν) πόλιν εἴσοδον ἀναπετάσαιεν τῷ στρατῷ.*

XIX. Ad p. 111, 13 sqq.: . . . *Πέρσας δὲ τοῦ τὴν ἑῴαν παρενοχλεῖν οὐκ ἀφισταμένους, εἰ καὶ πρότερον ἡσύχαζον δέει τοῦ μὴ τὸν Καίσαρα Γάλλον αὐτοῖς ἐπελθεῖν . . . κτλ.*

ἡσύχαζον omnes editores scripserunt inde a Sylburgio; V habet *ἡσυχάζειν*. Reitemeier hoc loco dixit in sua editione: „Structurae ac sententiae ratione postulante, ex consilio Sylb. rescripsi *ἡσύχαζον.*"

Ego autem mihi persuasi illos doctos viros non rescripsisse genuinam Vaticani lectionem, sed depravavisse. Nam infinitivus *ἡσυχάζειν* mihi quidem a genuino verbo finito: *ἔδει* pendere videtur, quod propter scripturae similitudinem ante vocabulum *δέει* librariorum neglegentia facillime potuit excidere. Quod enuntiatum a me redintegratum: „*εἰ καὶ πρότερον ἡσυχάζειν ἔδει δέει*

τοῦ μὴ . . . κτλ.", accusativo subiecti caret, non mihi scrupulum inicit, quod et ex vocabulo *Πέρσας* praecedente subiectum facile colligi potest, et nonnulli alii loci Zosimei eandem exhibent constructionem velut p. 15, 12 sqq.: *φήθη δεῖν . . . παραδοῦναι . . . κτλ.*, p. 73, 13 sq.: . . . *Μαξέντιος φήθη δεῖν τὰ ἐν Λιβύῃ πρότερον διαθεῖναι . . . κτλ.*, p. 76, 26 sq.: . . . *κάμψαντες δὲ διά τινος λόφου δεῖν ἐνόμισαν ἐξ ὑπερδεξίου τόπου τοῖς οἰκείοις συμμῖξαι . . . κτλ.*, p. 85, 15 sq.: . . . *ἀφ' ἑστίας φήθη δεῖν ἄρξασθαι τῆς ἀσεβείας*, (quod contra *αὐτὸν* legitur in p. 87, 2 sq.: . . . *ἐζήτει, καθ' ἣν αὐτὸν ἔδει βασίλεια καταστήσασθαι*), p. 101, 1 sq.: (*Κωνστάντιος*) . . . *φήθη δεῖν πρότερον . . . φίλιον ἑαυτῷ Βετρανίωνα καταστῆσαι . . . κτλ.*, p. 147, 8 sq.: *ὀλίγον δ' ἀνωτέρω τοῦ ποταμοῦ τὸ λειπόμενον ἔδει ποιήσασθαι τῆς ὁδοῦ*, p. 163, 10 sq.: . . . *φήθη δεῖν ὁ Προκόπιος ἔτι τοῖς στρατιώταις . . . ἐπιπέμψαι τινάς . . . κτλ.*, p. 168, 12 sqq.: . . . *Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς . . . φήθη δεῖν . . . τῶν Κελτικῶν ἐθνῶν ποιήσασθαι πρόνοιαν*, p. 182, 19: *οἳ δὲ ἅπερ ἔδει πράττειν, ἀκηκοότες . . . κτλ.*, p. 201, 14 sq.: *ὅθεν ἔφασκε δεῖν πρότερον διακηρυκεύεσθαι . . . κτλ.*, p. 263, 14 sq.: *ἢ γὰρ ἀναβαλέσθαι τὸν πόλεμον ἔδει, σπονδὰς ποιησάμενον . . . κτλ.* Ut etiam omnes ii loci enumerentur, quibus *χρή* iunctum cum simplici infinitivo pro accusativo cum infinitivo reperitur, addantur p. 2, 6: *χρὴ δὲ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὃ λέγω διασαφῆσαι*, p. 2, 18 sq.: . . . *ἐπειδὴ διαβαίνειν ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐχρῆν . . . κτλ.*, p. 104, 11 sq.: *ἔστρεφε γνώμην, πότερον χρὴ Φίλιππον ἄπρακτον ἀποπέμπειν . . . κτλ.*, p. 292, 16 sqq.: . . . *ἅπαντες . . . ἐδοκίμαζον καὶ βαρβάρους χρῆναι μετὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν Λιβύην ἐκπέμψαι . . . κτλ.*, p. 103, 12 sqq.: *ἀλλὰ Μαγνεντίου διανοουμένου πότερον* (*χρὴ*) *γεφύρᾳ περαιωθῆναι τὸν Σάον ποταμὸν ἢ ζεῦξαι πλοῖα καὶ ταύτῃ διαβιβάσαι τὸ στράτευμα . . . κτλ.* [De *χρή* a Stephano recte addito cf. Wäschke, Berliner Philol. Wochenschrift X, 1890, p. 726, ad 103, 13].

XX. Ad p. 120, 25 sqq.: . . . *τότε δὴ τῷ Καίσαρι προσελθὼν ὁ Χαριέττων (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ ταύτην εὑρόντι πρώτῳ κατὰ τῶν βαρβάρων ἐπιβουλὴν) ἀναφαίνει τὸ π ρ ό τ ε ρ ο ν ο ὔ π ω πολλοῖς ἐγνωσμένον.*

Pro τ ὸ π ρ ό τ ε ρ ο ν Mendelssohn coniecit: τ ὸ π ρ ο τ έ ρ η μ', inutiliter, ut mihi quidem videtur, quod προτέρημα ceteris locis Zosimeis notionem: „victoria (Sieg, Vorteil, Überlegenheit)" habet, in p. 163, 22 sq.: τούτῳ τῷ προτερήματι Προκόπιος ἐπαρθεὶς . . . κτλ., p. 186, 30 sq.: εἰ μὲν οὖν ἐπεξῆλθον οἱ βάρβαροι τῷ προτερήματι . . . κτλ., p. 204, 6 sq.: . . . ἅμα τῷ κατὰ Οὐαλεντινιανοῦ προτερήματι . . . κτλ., p. 214, 25 sq.: . . . ὁ μὲν Εὐγένιος ἐπαρθεὶς τῷ προτερήματι . . . κτλ., p. 242, 1 sq.: τῷ δεδομένῳ παρὰ τῆς τύχης ἀρκούμενος προτερήματι, quae notio multo minus apta mihi videtur quam tradita scriptura. Praeterea structura nostrae simillima legitur in p. 174, 20 sqq.: . . . φῦλόν τι βάρβαρον . . . π ρ ό τ ε ρ ο ν μὲν ο ὐ κ ἐ γ ν ω σ μ έ ν ο ν . . . κτλ., et verborum coniunctio: „οὔπω πρότερον" in p. 6, 10: . . . οὔπω πρότερον οὖσα . . . κτλ., p. 7, 26 sq.: οἷον οὔπω πρότερον ἐθεάσαντο, p. 19, 9 sq: οὔπω πρότερον ἐν τοῖς φθάσασι χρόνοις . . . ἐργασάμενος, p. 27, 7: . . . οἷος οὔπω πρότερον . . . συνέβη, p. 107, 24: οἷα σχεδὸν οὔπω πρότερον . . . φαίνεται γεγονυῖα, p. 195, 22 sq.: καὶ οἷος οὔπω πρότερον ἐν ναυμαχίᾳ συνέβη, p. 245, 6 sq.: . . . ὡς οὔπω πρότερον ἐπιπολάσαν . . . κτλ.; verbum πρότερον vero cum participio perfecti passivi iunctum videmus in p. 260, 4: . . . βάρβαροι τὰ πρότερον αὐτοῖς ἐσκεμμένα κρατεῖν ἐθέλοντες . . . κτλ., et cum participio aoristi passivi iunctum in p. 146, 6 sq.: . . . ἀλλὰ καὶ τὰ πρότερον περαιωθέντα δύο πλοῖα καταλαβόντες . . . κτλ. Haec omnia traditae scripturae patrocinantur. Si denique, ne quid scrupuli relinquatur, etiam versionem Germanicam totius huius enuntiati adscripsero: „Nachdem sich diesem aber auch andere Räuber angeschlossen hatten und einzeln zusammenkommend, doch eine (grosse) Menge geworden waren, da nun kam zum Caesar jener Charietton (so hiess der erste Erfinder dieser Art von Nachstellung gegen die Barbaren) und o f f e n b a r t d a s, w a s v o r h e r n o c h n i c h t v o n v i e l e n e r k a n n t w o r d e n w a r; (nämlich die rätselhafte Art und Weise seiner Verfolgung der Barbaren,) n o n a u t e m, ut vult Mendelssohn: „offenbart d e n S i e g, der noch nicht von vielen e r k a n n t worden war", nemini iam dubium videbitur, quin traditum πρό–

τερον contra „emendationem" *προιέρημ'* utique sit defendendum.

XXI. Ad p. 121, 18: ... *ὁ τῶν βαρβάρων ἡγούμενος ὤμνυε δακρύων ... κτλ.* Pro forma *ὤμνυε*, quam habet V, Mendelssohn scribendum putat: *ὤμνυ*. Item in p. 139, 2 sq.: ... *δένδρα ἐκτέμνων καὶ ξύλα διώρυχάς τε ἐζεύγνυε, τοῖς τέλμασι ... κτλ.*, ubi V habet *ἐζεύγοιε* (littera *υ* a manu 2. superscripta), scribendum putat *ἐζεύγνυ* et in p. 202, 17 sq.: ... *ἄνδρα δὲ ἐν πᾶσι σπουδαῖον, ἀναδεικνύει τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ... κτλ.*, annotavit ad vs. 18: *ἀναδεικνύει*] immo *ἀναδείκνυσι*. Sed in p. 170, 20: ... *οἳ δὲ τὰς οὐσίας ἀπώλλυον, παῖδας καὶ γυναῖκας ... κτλ.*, non offendit. Hi enim sunt illi quattuor loci, quibus Zosimus thematica illa coniugatione utitur in iis verbis flectendis, quae habent *νυμι* terminationem. Cunctis reliquis locis scriptor Atticorum normam secutus est in hac re. Sunt autem hi loci:

1. in Activo: *ἀναδείκνυσι* p. 9, 14, p. 102, 13, p. 112, 16, p. 159, 2, p. 211, 20, p. 215, 18 sq., p. 287, 25; *δείκνυσιν* p. 39, 17, p. 121, 20; *ἐνδεικνύναι* p. 72, 3; *δεικνύναι* p. 125, 2; *ζευγνύναι* p. 79, 20; *ἐμπηγνύναι* p. 108, 24; *δεικνύς* p. 100, 19; *ἐπιδεικνύντες* p. 167, 29; *δεικνύντες* p. 215, 6; *δεικνύντα* p. 226, 14; *ἀναζευγνύντα* p. 45, 17; *ἀπολλύντων* p. 72, 5; *κατασβεννύντων* p. 107, 2; *ἐδείκνυ* p. 120, 21, p. 201, 28, p. 254, 5; *ἀπεδείκνυ* p. 167, 9; *ὤμνυ* p. 280, 13, ubi M N exhibent *ὤμνυε*.

2. in Medio et Passivo: *ἀναδείκνυται* p. 8, 4, p. 77, 14, p. 151, 1; *ἐπιδεικνύμενοι* p. 114, 17, p. 218, 25; *πηγνύμενα* p. 140, 26; *ἐπομνύμενος* p. 210, 23; *ἀναμιγνύμενοι* p. 232, 4; *διαρρήγνυσθαι* p. 143, 19; *ἐζεύγνυτο* p. 2, 21; *ἐπήγνυτο* p. 72, 26; *ἐδείκνυτο* p. 132, 3; *ἀνεδείκνυτο* p. 208, 30; *διερρήγνυντο* p. 37, 9; *ἀνεμίγνυντο* p. 184, 31; p. 272, 13; *ἐπήγνυντο* p. 272, 11.

Hi loci demonstrant primum, id quod iam Kühner-Blass, I, 2, § 282, Anm. 6 (p. 194 sq.) et W. Fritz, Die Briefe des Bischofs Synesius von Kyrene, p. 62 sqq. docuerunt, solum formas

quasdam activi, nunquam autem medii vel passivi generis verbi thematicam illam coniugationem admisisse, et eas quidem solum formas, quae in longum vocalem aut diphthongum (*ἀναδεικνύει*) vel in ε vel ον (*ὤμνυε, ἐζεύγνυε, ἀπώλλυον*) exeunt.

Quodsi in 46 exemplis horum verborum non nisi 4 inveniuntur, quae non rectam usitatamque normam Atticorum sequuntur, tamen non intellego, cur Mendelssohn formas *ὤμνυε, ἐζεύγνυε, ἀναδεικνύει* mutandas esse putet (in forma *ἀπώλλυον*, ut supra dixi, non offendit), quippe cum et Kühner-Blass l. d. scripserit: „Von den Verben auf *νμι* sind die Formen von *ύω* für den Konjunctiv und Optativ mit Ausnahme weniger Beispiele ausschliesslich, ausserdem aber auch sonst in der Prosa sehr häufig"; et W. Fritz, l. d.: „Ungleich breiteren Boden als bei den Verben auf — *ημι* hat der Übergang in die thematische Konjug. bei den Verben auf — *νυμι*, im Act. wenigstens, gewonnen." Ceterum cf. etiam de hac re Winer-Schmiedel, Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms, VIII. Aufl., § 14, 18 (p. 123 sq.) et Veitch v. *δείκνυμι*.

XXII. Ad p. 140, 16. Verba *ἵημι, τίθημι, δίδωμι* cum compositis suis in tertia persona numeri pluralis indicativi aoristi activi hanc habent apud Zosimum coniugationem, ut omnia exeant in syllabam — *καν*. Nunquam autem reperitur forma — *καμεν* pro 1. pers. plur. indic. aor. aut — *κατε* pro secunda pers. plur., immo vero in his formis grammaticorum Zosimus sequitur praecepta. Accuratissime de hac re disseruerunt Kühner-Blass I, 2, § 283, 2, p. 195 sq., et W. Fritz, Die Briefe des Bisch. Syn. v. Kyr. p. 60.

Sunt autem illae formae: *ἀφῆκαν* in p. 140, 16, p. 186, 24 sq., p. 187, 2, p. 198, 11, p. 233, 24; *διαφῆκαν* p. 157, 14; *παρῆκαν* p. 140, 23, p. 270, 14; *ἀνῆκαν* p. 234, 19; *ἐπέθηκαν* p. 104, 20; *ἔδωκαν* p. 186, 28; *ἐνέδωκαν* p. 285, 3; *παρέδωκαν* p. 163, 3. [Huc accedit etiam forma *ἤνεγκαν* in p. 158, 3, de qua conferatur Veitch, v. *φέρω*, et Kühner-Blass I, 2, § 343, v. *φέρω* (p. 559) et W. Fritz, Synes. Br. p. 52 sq.]

Praeterea Zosimus tribus locis optativum aoristi medii, (et quidem bis 3. pers. plur., semel 3. pers. sing.) verborum ἐπιτίθημι et ἀποτίθημι ita format, quasi verba in — έω terminationem exeuntia essent. Legimus enim in p. 36, 4 sq.: ἐπίθοιντο, in p. 208, 15: ἀπόθοιντο, in p. 242, 16: ἐπίθοιτο. Haud scio, an his quoque locis legendum sit mutato accentu ἐπιθοῖντο, ἀποθοῖντο, ἐπιθοῖτο cf. Kühner-Blass I, 2, § 282, annot. 5 (p. 194) et Kühner, annot. ad Xen. An. I, 9, 7, et W. Fritz, Synes. Br. p. 60 supra.

Praeterea legitur apud Zosimum unica forma μείνοι pro 3. pers. sing. opt. aor. act. in p. 66, 21, qua „forma barbara" num Zosimus ipse usus sit, Mendelssohn dubitat cum Sylburgio, et una forma ἐτετάχατο pro τεταγμένοι ἦσαν in p. 151, 8 (de qua cf. Kühner-Blass I, 2, § 214, 6 (p. 75 sq.) et W. Fritz, Syn. Br. p. 25 sq.).

Futurum, quod dicitur Atticum, apud Zosimum tribus locis occurrit, uno loco autem hellenistica forma in — σόμενος exiens usurpatur, in p. 176, 6 sq.: κἀντεῦθεν ἐπὶ Θρᾴκης ἐχώρει τὸν πρὸς τοὺς αὐτομόλους Σκύθας ἀγωνισόμενος πόλεμον, ubi Mendelssohn scribere vult ἀγωνιούμενος, ratione habita locorum I, 21, 2 (p. 16, 18): σωφρονιοῦντα, et IV, 31, 5 (p. 187, 3): κομιεῖσθαι, et V, 22, 1 (p. 242, 26): χαριεῖσθαι. De ipsa re cf. Kühner-Blass I, 2, § 227, 4 et § 228 (p. 106 ff.) et W. Fritz, Synes. Br. p. 51 sq. et Veitch, v. ἀγωνίζομαι, qui ἀγωνίσομαι non nisi quattuor locis apud posteriores scriptores repperit.

Ut autem perficiatur haec de inusitatis verborum formis quaestio, hoc quoque Zosimus habet, ut 3 locis pro genitivo numeri pluralis participii feminini aoristi (activi et passivi) et perfecti activi usurpet masculinam formam, in p. 81, 14 sq.: τῶν δὲ μεινάντων ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἑλλησπόντου πεντηκοντόρων . . . κτλ., p. 249, 11 sq.: τῶν δὲ πόλεων ταῖς ἐλπίσιν ἀπεγνωκότων . . . κτλ., p. 184, 15 sq.: τὰς δὲ πόλεις ἐπιλελοίπει τὰ χρήματα, τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἐπιτεθέντων εἰσφορῶν, ubi Sylburg pro εἰσφορῶν coniecit: φόρων, cf. Bekker hoc loco (in p. 206, 13 suae editionis), qui et hos locos iam adscripsit et

nonnulla exempla ex Photii bibl. attulit. Manifesto Zosimus formas *μειvασῶν*, *ἐπιτεθεισῶν*, *ἀπεγνωκυιῶν* vitavit [cf. etiam Mend. annot. ad p. 106, 29: *εἴξαντα*] „*εἴξασαι* coniecit Reitemeier, participium ad *πύλας* referens; at tales formas Zosimus vitat.“]. De masculina forma participii coniuncta cum nomine feminini generis cf. K. Krumbacher, Studien zu Romanos, p. 222, ad vs. 90, et p. 224, ad vs. 171, et libros superiore loco allatos.

In ceteris autem casibus participii usitatae formae reperiuntur, sicut in p. 255, 23: *Βονωνίᾳ τῇ πόλει, μιᾷ τῆς Αἰμυλίας οὔσῃ, διεστηκυίᾳ δὲ . . . κτλ.*, et p. 200, 24: *συνοικήσασα . . . κτλ.*, al.

XXIII. Ad p. 142, 12 sq.: *ταύτην μὲν οὖν ὁ πρώτως ἀναδὺς ἐκβοᾶν μέλλουσαν παίσας ἀνεῖλεν . . . κτλ.*

Pro adverbio *πρώτως*, quod habet V, Mendelssohn coniecit adiectivum *πρῶτος*, et recte quidem mea ex sententia, cum adverbium *πρώτως* apud Zosimum nullo alio loco occurrat. Ut paulo diligentius de hac re disseram, Zosimus vocabulo *πρῶτος* vel alio casu huius vocabuli praeter hunc nostrum locum 25 locis usus est, quorum 15 vocula *πρῶτος* habet casum eius substantivi aut participii, ad quod pertinet, et eum significat, qui aut patitur primus aliquid aut facit (adiectivum attributivum vel praedicativum). Sunt autem hi loci: p. 6, 11: . . . *Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρώτων αὐτὴν μετελθόντων . . . κτλ.*, p. 22, 31 sq.: . . . *οἱ δὲ βάρβαροι τῷ Πιτυοῦντι πρώτῳ προσέβαλλον . . . κτλ.*, p. 98, 8 sq.: . . *τῆς ἀξίας τετυχήκει τοῦ πατρικίου, πρώτου ταύτην ἐπινοήσαντος τὴν τιμήν*, p. 101, 12 sq.: *Κωνστάντιος τοίνυν λαχὼν πρῶτος εἰπεῖν διὰ γένους ἀξίωσιν . . . κτλ.*, p. 111, 2 sq.: . . . *οὐ τοῦτο πρῶτον κατὰ συγγενοῦς αἵματος τὸ μύσος ἀξαμαρτών, ἀλλ' ἑτέροις πλείοσι τοῦτο προσθείς*, p. 120, 26 sq.: *τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ ταύτην εὑρόντι πρώτῳ κατὰ τῶν βαρβάρων ἐπιβουλήν*, p. 147, 23 sq.: . . . *ἁρπάζει τε αὐτὸ καὶ τὸν πρῶτον παίσαντα κτείνει*, p. 148, 9: *τότε δὴ πρῶτος ἐνδὺς τὸν θώρακα ὁ βασιλεύς . . . κτλ.*, p. 153, 14 sqq.: *Λευκίου γὰρ Λουκούλλου Τιγράνην καθελόντος . . . περιποιήσαντός τε πρώτου τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ τὰ μέχρις Ἀρμενίας . . . κτλ.*, p. 170, 23 sq.: *πρῶτος μὲν οὖν τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ γνωρίμων*

ἀνήρητο Μάξιμος . . . κτλ., p. 194, 31 sq.: *. . . ὡς ἂν τοῖς πρώτοις ἤδη τῆς ἐπιθέσεως ἀρξαμένοις συνεπιλάβοιντο . . . κτλ.*, p. 223, 21 sq.: *εὐθέως οὖν ἡ Κόρινθος πρώτη κατὰ κράτος ἡλίσκετο . . . κτλ.*, p. 238, 12: *. . . τῶν ἐν ταύτῃ βαρβάρων κατὰ τὸ συγκείμενον πρώτων ἐπιθεμένων*, p. 244, 10 sq.: *Θεόφιλος, ὁ πρῶτος ἀρξάμενος τῆς κατὰ τῶν ἱερῶν . . . ἐπιβουλῆς . . . κτλ.*, p. 283, 8 sq.: *ἐλθὼν δὲ εἰς Βονωνίαν (πρώτη δὲ αὕτη πρὸς θαλάττῃ κεῖται) . . . κτλ.*

Non adiectivum attributivum vel praedicativum, sed adverbium *πρῶτον* legitur 6 (vel 7) locis, in p. 98, 5 sqq.: *καὶ πρῶτον μὲν Κωνσταντίῳ πατρὸς ἀδελφῷ . . . καταπράττεται θάνατον, ἔπειτα καὶ Δαλματίῳ . . . ῥάπτει . . . ἐπιβουλήν*, p. 144, 17: *ἐνταῦθα πρῶτον οἱ Πέρσαι συστραφέντες ἐπῆλθον τοῖς . . . κατασκόποις . . . κτλ.*, p. 174, 9 sqq.: *καὶ πρῶτον μὲν Ἴσαυροι . . . τὰς ἐν Λυκίᾳ καὶ Παμφυλίᾳ πόλεις ἐπόρθουν . . . κτλ.*, p. 192, 7 sq.: *ἐν Θεσσαλίᾳ πρῶτον ἐδημιουργήθη θεῶν δείκηλα*, p. 197, 2 sq.: *ὁ δὲ τῷ πρῶτον ἐπελθόντι συμπλακεὶς . . . ἐμάχετο . . . κτλ.*, p. 291, 9: *ὡς, ἐπειδὰν κρατήσειε τῆς βασιλείας, αὐτῷ πρῶτον ἐπιβουλεύσοι . . . κτλ.*

Dubium mihi est, utrum in p. 194, 28 sqq. *πρῶτον* munere adverbii an adiectivi praedicativi fungatur: *οἱ μὲν οὖν βάρβαροι τὸ τῆς δυνάμεως ἀκμαιότατον πλήθει μονοξύλων ἐμβιβάσαντες ἔταξαν πρῶτον διαβῆναι . . . εἶτα ἐπὶ τούτοις τοὺς ἐν ἰσχύι μέσην ἔχοντας τάξιν . . . κτλ.*; fortasse *πρῶτον* adiectivum esse crediderimus, cum in eodem enuntiato vs. 31 sq. legatur: *ὡς ἂν τοῖς πρώτοις . . . ἀρξαμένοις συνεπιλάβοιντο.*

Sine ulla dubitatione et recte quidem secundum classicorum scriptorum normas adverbium *πρῶτον* legitur 3 locis, in p. 97, 10: *πρῶτον γὰρ ἐνείμαντο τὰ ἔθνη . . . κτλ.*, p. 110, 28 sq.: *ἀφικόμενον δὲ αὐτὸν ὁ Κωνστάντιος πρῶτον μὲν τῆς τοῦ Καίσαρος ἐκδύει τιμῆς, ἐπεὶ δὲ . . . κτλ.*, p. 151, 12 sq.: *τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὑπὸ τῆς τῶν ἐλεφάντων ἀλκῆς ἐβιάζοντο.*

Cum igitur 15 exempla formae *πρῶτος ἀναδύς*, nullum autem formae *πρώτως ἀναδὺς* patrocinentur, dubium non est, quin Mendelssohnii emendatio recta sit.

XXIV. Simillime se habet res in p. 20, 9 sq.: . . . *ἐπῄει τοῖς εὑρεθεῖσιν ἐκεῖσε βαρβάροις ἀπροσδοκήτως*, et in p. 135, 10 sq.: *ἐπῄει κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις ἀπροσδοκήτως*, quibus locis Mendelssohn pro adverbio *ἀπροσδοκήτως* coniecit dativum adiectivi *ἀπροσδοκήτοις*; et recte quidem his quoque locis mea ex sententia, cum alias forma *ἀπροσδοκήτως* nusquam reperiatur, sed omnibus locis praeter unum in p. 80, 2, ubi *ἀδόκητος* habet casum subiecti, *ἀπροσδόκητος* aut *ἀδόκητος* cum dativo obiecti a verbo aliquo pendente congruat. Sunt autem hi loci: p. 31, 13: *διὰ δὲ ἀτρίπτων αὐτοῖς ὁδῶν ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσόντες πέντε . . . μυριάδας διέφθειραν*, p. 32, 14: *ἀδοκήτοις ἐπιστὰς τοῖς Αἰγυπτίοις διέφθειρεν . . . κτλ.*, p. 107, 8 sq.: *τοῖς ἐναντίοις ἐπελθεῖν ἀδοκήτοις . . . κτλ.*, p. 149, 19 sq.: . . . *τοῖς οὐραγοῖς τοῦ Ῥωμαίου στρατεύματος ἀδοκήτοις ἐπέπεσον . . . κτλ.*, p. 203, 26 sq.: *ὁ Θεοδόσιος ἀπροσδοκήτοις ἅμα καὶ ἀφυλάκτοις οὖσι τοῖς ἀμφὶ τὸν Μάξιμον ἐπιτίθεται*, p. 249, 19: *καὶ τοῖς βαρβάροις ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσὼν . . . κτλ.*

Cum autem nominativus *ἀδόκητος* apud Zosimum non occurrat nisi uno loco, p. 80, 2 sq.: . . . *ὑπερβὰς τὸν Ἕβρον ἀδόκητος ἐμπίπτει τοῖς πολεμίοις*, . . . *κτλ.*, ego quidem assentiri non dubito Mendelssohnio dicenti in annotatione ad p. 80, 2: „fort. *ἀδοκήτοις* scripsit (scil. Zosimus), cf. I, 44, 2 (p. 32, 14); II, 50, 2 (p. 107, 9); III, 28, 4 (p. 149, 20).“ Cetera tria exempla, quae ego addidi, vide supra. Itaque dativum *ἀπροσδοκήτοις* vel *ἀδοκήτοις* omnibus locis Zosimeis puto legendum.

XXV. Ad p. 148, 13. Numerale *δύο* Zosimus 4 locis declinavit, 9 locis non declinavit, ita quidem, ut *δύο* 12 locis cum numero plurali iunctum sit, uno loco cum numero duali, in p. 129, 9: *δυοῖν τοίνυν ἐντεῦθεν ὁδοῖν προκειμέναιν . . . κτλ.* Reliqui loci, quibus usitata forma *δυοῖν* legitur, sunt p. 148, 13: . . . *ἥτις ἐν μέσῳ δυοῖν κεῖται πόλεων*, p. 263, 13: . . . *καίτοι γε δυοῖν ἐχρῆν θάτερον πράξαντα . . . διαθεῖναι*, ubi forma *δυοῖν* genitivus, et p. 233, 14 sq.: . . . *ἄνοδος στενή, δυοῖν μόλις ἀνδράσι πάροδον ἐνδιδοῦσα*, ubi *δυοῖν* dativus est.

Indeclinata forma *δύο* quater pro genitivo usurpata est, in p. 89, 14 sq.: *δύο γὰρ τῆς αὐλῆς ὄντων ὑπάρχων . . . κτλ.*, p. 150, 14 sq.: *συναποκλινάντων αὐτῷ καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα δύο ταγμάτων . . . κτλ.*, p. 183, 13 sq.: . . . *ὅσην ἕκαστος τῶν δύο πρότερον εἶχεν*, et ibid. vs. 16: . . . *ὡς ἂν εἰ δύο μόνων ὄντων . . . κτλ.*, et quinquies pro dativo, in p. 135, 20 sq.: . . . *δύο μὲν γὰρ κυκλοτερέσι περιείληπτο τείχεσιν . . . κτλ.*, p. 137, 25: . . . *ἐν δύο μόναις ἡμέραις κατὰ κράτος ἁλούσης*, p. 140, 28: . . . *τείχεσι δὲ δύο καὶ πύργοις ἑκκαίδεκα μεγάλοις ὠχυρωμένου . . . κτλ.*, p. 183, 12 sq.: *οὐκέτι γὰρ δύο στρατηγοῖς μόνοις, ἀλλὰ πέντε καὶ πλείοσι . . . ἐχορηγοῦντο . . . κτλ.*, p. 24, 1: . . . *τῆς πόλεως δύο τείχεσι περιειλημμένης . . . κτλ.*

Formae *δύω* pro nominativo (cf. Kühner-Blass I, 1, § 186, annot. 2, p. 632), *δυεῖν* pro genitivo et *δυσὶ* pro dativo, quas afferunt Kühner-Blass, l. d. annot. 3, p. 633 et W. Fritz, Synes. Br. p. 41, d) apud Zosimum nusquam occurrunt.

XXVI. Ad p. 209, 7 sqq.: *ἐπεὶ δὲ Πρόκλος αἰσθόμενος τῆς ἐπιβουλῆς ἔλαθεν ἑαυτὸν ἀποκρύψας, ὑφορώμενος ὁ Ῥουφῖνος τὸ δραστήριον τοῦ ἀνδρός, δεδιὼς δὲ μὴ νεώτερόν τι φρονήσας συνταράξῃ τινὶ τὰ κατ᾽ αὐτὸν μηχανῇ . . . κτλ.*

Ad vs. 10 Mendelssohn annotavit: „*τινὶ – μηχανῇ* mihi dubia; an *συνταράξῃ τινὶ* (i. e. Rufino) *τὰ κατ᾽ αὐτοῦ μηχανώμενα*?"

Ego hoc loco prorsus dissentio a Mendelssohnio, ita quidem, ut nihil mihi dubium aut corrigendum videatur. Nam verba *τὰ κατ᾽ αὐτὸν* nihil aliud significare nisi quod aliis locis simplici pronomine *ἑαυτὸν* vel verbis *τὰ ἑαυτοῦ* significatur, docent loci: p. 53, 5: . . . *τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν ἐκδοὺς . . . κτλ.* (pro *ἑαυτόν*), p. 100, 13: . . . *τοῖς κατὰ Μαγνέντιον ὅμως ἐπεξελθεῖν ἐγνώκει . . . κτλ.*, ubi Mendelssohn ipse annotavit: „cf. Krebs ap. Schanzium, Beitr. z. hist. Synt. d. gr. Spr., t. I. p. 146", p. 220, 30 sq.: . . . *διαθεῖναι κατ᾽ ἐξουσίαν καὶ τὰ κατ᾽ ἐκεῖνον ἐθέλων*, p. 221, 1 sq.: . . . *τὰ κατ᾽ ἄμφω τοὺς βασιλέας ἔχειν ἐν πάσῃ φροντίδι*, p. 256, 8 sq.: . . . *καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἀρκαδίου παῖδα Θεοδόσιον διαθεῖναι*, p. 291, 1 sq.: . . . *τοῖς κατὰ τὸν Ἄτταλον ἀπεγνώκει . . . κτλ.*

αὐτός autem a Zosimo non solum pro pronomine directe reflexivo, sed etiam pro pronomine indirecte reflexivo usurpatum esse, et id quidem in enuntiato secundario, doceant hi loci:

p. 107, 26 sq.: *Κωνστάντιος δὲ θεασάμενος ὡς . . . οὐδὲ τὰ τῆς νίκης κατὰ νοῦν ἐκβήσεται αὐτῷ . . . κτλ.*, p. 264, 11 sq.: . . . *μεταπέμπεται* (scil. *Ἀλλάριχος*) *τὸν τῆς γαμετῆς ἀδελφὸν Ἀτάουλφον . . . ὡς ἂν αὐτῷ κοινωνήσοι τῆς πράξεως . . . κτλ.*, alii.

Mira denique illa positio, qua *τὰ καὶ αὐτὸν* inter *τινὶ* et *μηχανῇ* includitur, fuga hiatus orta videtur. Neque enim Zosimus dicere potuit *συνταράξῃ αὐτόν τινι μηχανῇ* (propter hiatum *συνταράξῃ αὐτόν*), neque *συνταράξῃ τινι αὐτὸν μηχανῇ* (quod etiam verba *τινι αὐτόν* hiatum efficiunt). Propterea scripsit *τινὶ τὰ καὶ αὐτὸν μηχανῇ* (veritus ne ille s e vel s u a aliquo modo turbaret), quae verba mea quidem ex sententia utique sunt retinenda.

XXVII. Ad p. 226, 21 sqq.: . . . *Σατουρνίνῳ καὶ Προκοπίῳ. τούτοιν δὲ ὁ μὲν εἷς εἰς γῆρας ἦν βαθὺ προελθὼν . . . ὁ δὲ Προκόπιος . . . κτλ.*

εἷς cum apographo uno Reitemeier et Bekker omiserunt, non recte Mendelssohnii ex sententia, recte mea. Nam ego et ipse puto cum Reitemeiero duplex *εἰς* librarii errori esse tribuendum, cum propter dualem praecedentem *τούτοιν*, tum propterea potissimum, quod ceteris locis similibus deest *εἷς*, velut in p. 225, 4 sqq.: *καὶ ὃ μὲν ἀφήρητο τῆς δεξιᾶς, ὃ δὲ τὴν ἑτέραν ἔκοπτεν, ὃ δὲ τὴν κεφαλὴν . . . χωρίσας ἀπῄει . . . κτλ.*, ubi *εἷς* non reperimus, quamquam vel tria genera hominum enumerantur. p. 229, 17 sqq.: *ἡ μὲν Εὐτροπίου δυσμένεια καὶ Στελίχωνος . . . ὃ μὲν ἤδη . . . δεδωκώς, ὃ δὲ κυριεύων . . . κτλ.*, p. 230, 21 sqq.: *ὃ δὲ Γαίνην αἱρεῖται καὶ Λέοντα στρατηγούς, τὸν μὲν εἰς τὴν Ἀσίαν ἐκπέμψων . . . Γαίνην δὲ . . . κτλ.* (ubi item in altero membro nomen proprium legitur sicut nostro loco), p. 258, 6 sqq.: . . . *Βικέντιός τε καὶ Σάλβιος, ὃ μὲν ἡγούμενος, ὃ δὲ . . . προεστώς*, p. 286, 6 sqq.: . . . *οἱ τούτων ἀδελφοὶ Θεοδοσιωλός τε καὶ Λαγώδιος, ὃ μὲν εἰς τὴν Ἰταλίαν διέφυγεν, ὃ δὲ εἰς τὴν ἑῴαν διασωθεὶς ἀνεχώρησε*, quo loco, quamquam nostro simillimus est, tamen deest *εἷς*.

XXVIII. Ad p. 240, 25 sq.: *ὁ δὲ Γαίνης ἐκβιασάμενος τὴν διὰ τοῦ Μακροῦ τείχους ἐπὶ τὴν Χερρόνησον εἴσοδον . . . κτλ.*

ἐκβιασάμενος Mendelssohn scripsit. V exhibet *εἰσβιασάμενος*, ς *βιασάμενος*, id quod mihi quidem maxime probandum videtur, praesertim cum et in p. 203, 27 sqq.: *μέρους δέ τινος τοῦ στρατοπέδου σὺν ὀξυτάτῃ ῥύμῃ τοῖς τῆς Ἀκυληίας τείχεσι προσπεσόντος καὶ βιασαμένου τὴν διὰ τῶν πυλῶν εἴσοδον . . . κτλ.*, et in p. 253, 4: *. . . εἰ καὶ πλῆθος τὴν πάροδον ἐβιάζετο*, eadem et simillima legatur locutio.

εἰς in *εἰσβιασάμενος*, quod V habet nostro loco, ex terminatione —*ης* vocabuli praecedentis *Γαίνης* ortum esse mihi videtur, praesertim cum et —*ης* et *εἰς*— eandem pronuntiationem: „*ις*" habuerint. Quamobrem non dubito, quin et hoc loco genuina lectio fuerit *βιασάμενος*.

XXIX. Ad p. 243, 10 sqq.: *φυγάδες γὰρ οἰκέται καὶ ἄλλως τὰς τάξεις ἀπολιπόντες . . . . τὰ ἐν τοῖς ὑπαίθροις διήρπαζον . . . κτλ.*

Mendelssohn annotavit: „*ἄλλως*] *ἄλλοι* vel (*οἱ*) *ἄλλως* coni. Sylburg, contra quem recte dixit Reitemeier". Hic enim dixit in sua editione, lib. V, cap. 22, § 6, annot. d (p. 446): „Ante *ἄλλως* desideratur articulus *οἱ* aut *ἄλλοι* pro eo reponendum. Sylb. Si usum loquendi in Zosimo spectes, nihil mutabis aut addes. Vid. V, 13, § 6." Ibi legimus in annot. g, in p. 422: „Et *ἄλλως* retineri potest et *ἄλλων* pro eo substitui. Sylb. Ob usum loquendi Zosimo familiarem recte retinebinus *ἄλλως*. vid. V, 13, § 6; 14, § 2; 34, § 6; et 9; 35, § 2."

Quibus locis a Reitemeiero allatis Bekker in indice grammatico editionis suae (cf. v. *ἄλλως*) praeter 8 locos, ubi *ἄλλως* non cum *ἄλλοι* commutari possit, sed simplicem sensum „alias (sonst, ausserdem)" habet, etiam adiecit hos locos (paginae secundum Bekkeri editionem enumerantur): p. 32, 21, p. 251, 23, p. 277, 19, cum locum p. 295, 13, qui apud Reitemeierum affertur (V, 34, § 6), omiserit.

Sed ut locos ipsos cognoscamus, legimus apud Bekk. in p. 32, 21 (Mendelss. p. 24, 20 sq.): *τῶν συνόντων αὐτοῖς αἰχμαλώτων ἢ ἄλλως κατ᾽ ἐμπορίαν ἐπιμιγνυμένων . . . κτλ.*, Bekk. p. 251, 23 (Mend. p. 221, 24 sq.): *. . . τοὺς σὺν αὐτῷ βαρβάρους ἢ ἄλλως σύγκλυδας ὄντας ἐξαγαγεῖν . . . κτλ.*, Bekk. p. 262, 15

(Reitem. V, 13, § 6, Mend. p. 230, 11 sq.): . . . πλῆθος συνήγαγεν οἰκετῶν καὶ ἄλλως ἀπερριμένων ἀνθρώπων . . . κτλ., Bekk. p. 263, 5 (Reit. V, 14, § 2, Mend. p. 230, 22 sq.): . . . ἐπελευσόμενον τοῖς κατατρέχουσι ταύτην βαρβάροις ἢ ἄλλως μιγάσιν ἀνθρώποις . . . κτλ., Bekk. p. 277, 19 (Mend. p. 243, 10 sq.): φυγάδες γὰρ οἰκέται καὶ ἄλλως τὰς τάξεις ἀπολιπόντες . . . κτλ., Reit. V, 34, § 6 (Mend. p. 260, 23): ὅπερ οἱ συνόντες αὐτῷ βάρβαροι καὶ ἄλλως οἰκεῖοι τεθεαμένοι . . . κτλ., Bekk. p. 295, 23 (Reit. V, 34, § 9, Mend. p. 261, 1 sqq.): τῶν δὲ περὶ αὐτὸν βαρβάρων καὶ οἰκετῶν καὶ ἄλλως οἰκείων . . . ὁρμησάντων . . . κτλ., Bekk. p. 296, 19 (Reit. V, 35, § 2, Mend. p. 261, 22 sq.): πανταχόθεν δὲ τῶν Στελίχωνος οἰκείων ἢ ἄλλως τὰ τούτου φρονεῖν δοκούντων ἐρευνωμένων . . . κτλ.

His locis ego adiecerim duos a prioribus editoribus omissos: Mend. p. 158, 21 sq.: τοῦ δὲ στρατοπέδου καὶ τῶν ἄλλως πρὸς αὐτὸν ἐπιτηδείως ἐχόντων ἑλέσθαι κοινωνὸν . . . παρακαλούντων . . . κτλ., Mend. p. 170, 7 sq.: ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς ὑπόπτως εἶχε πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐπὶ φιλοσοφίᾳ τηνικαῦτα διαβοήτους ἢ ἄλλως λόγοις ἐντεθραμμένους . . . κτλ.

Videmus non posse nos non assentiri Reitemeiero dicenti: „Ob usum loquendi Zosimo familiarem recte retinebimus (et id quidem omnibus locis) ἄλλως."

XXX. Ad p. 253, 11 sqq.: συνελθούσης δὲ τῆς γερουσίας εἰς τὰ βασίλεια καὶ βουλῆς περὶ τοῦ πολεμεῖν ἢ μὴ προτεθείσης, ἡ μὲν τῶν πλειόνων εἰς τὸ πολεμεῖν ἐφέρετο γνώμη, μόνος δὲ Στελίχων . . . κτλ.

Pro passiva forma ἐφέρετο Mendelssohn coniecit activam formam ἔφερε, citato loco Thucydidis I, 97, 2: τῶν μὲν πλειόνων ἐπὶ τὸ αὐτὸ αἱ γνῶμαι ἔφερον, unde locutio sumpta esset. Invenitur autem et hoc exemplum Thucydidis et praeterea 4 alia exempla ex Herodoto sumpta, quibus omnibus locutio ἡ γνώμη . . . ἔφερε occurrit, in Passow, Handwörterbuch, v. v. φέρω, p. 2232. Tamen ego quidem dubitaverim Mendelssohnio assentiri, collato alio loco nostri simillimo, in p. 278, 7: κατὰ μὲν τῶν στρατηγῶν ἀειφυγίας ἐκφέρεται ψῆφος . . . κτλ., ubi, cum item passivum legatur, Mendelssohn tamen non offendit. Si

denique Zosimus nostro loco revera Thucydidem exscripsisset, non debuit scribere pro *τῶν μὲν πλειόνων . . . αἱ γνῶμαι* nostro loco: *ἡ μὲν τῶν πλειόνων . . . γνώμη*, non pro *ἐπὶ τό: εἰς τό*, non pro *αἱ γνῶμαι ἔφερον: ἡ . . . ἐφέρετο γνώμη*. Fieri sane potuit, ut Zosimus, cum haec verba scriberet, locum illum Thucydidis recordaretur. Sed ut in aliis partibus huius loci supra a me allatis ab eo discessit, ita etiam pro *ἔφερε γνώμη* scribere potuit *ἐφέρετο γνώμη*, eo magis, quod etiam altero loco (vide supra) exhibetur passiva forma *ἐκφέρεται ψῆφος*.

XXXI. Ad p. 255, 15 sqq.: *διετέλει τε παραινῶν ἐκστῆναι τὸν βασιλέα τῆς τοιαύτης ὁρμῆς. ὁρῶν δὲ ἀπειθοῦντα τοῖς Στελίχωνος λόγοις ἀπιὼν ᾤχετο, δέει τοῦ μὴ διὰ τὴν οἰκειότητα συγκατενεχθῆναι τῇ Στελίχωνος τύχῃ*.

Hoc loco Mendelssohn annotavit: „sententia requirere videtur, ut Justinianus Stilichonem admonuerit, ut regi Ravennam ire cupienti morem gereret, Stilicho autem id concedere noluerit. unde *ἐκστῆναι τῷ βασιλεῖ* et *ἀπειθοῦντα Στελίχωνα τοῖς λόγοις* aut scripsisse Zosimum aut scribere debuisse putaverim.“

Quam Mendelssohnii interpretationem repudiandam esse ego censeo; nam, ut omittam maximam vim ab illo traditis verbis esse adhibitam, locus sic fere intellegendus mihi quidem videtur: Justinianus, qui a Stilichone assessor atque consiliarius electus et hac de causa grato animo in eum erat, cum sensisset Stilichonem in itinere regis, quem Stilicho ipse quoque comitari deberet, magnum in periculum esse venturum, Stilichonem eo servare studebat, quod eum admonebat, ut (scil. Stilicho) regem ab hoc itinere revocaret. Et admonenti oboediens conatus est Stilicho regem revocare, sed frustra. Justinianus autem, cum vidisset regem iis, quae dixerat Stilicho, non obtemperare, discessit ab eo (scil. a Stilichone), ne una cum hoc in certum incurreret interitum. Itaque ego nihil nisi unam litteram in traditis verbis mutandum censeo, ita quidem, ut pro: „*ἐκστῆναι* (zurücktreten)“ proponam: „*ἐκστῆσαι* (abbringen)“, ut fiat sensus: monebat, ut ille regem revocaret.

XXXII. Ad p. 257, 2. Operae pretium est inquirere, quonam modo Zosimus adverbiis loci, quibus significatur, ubi vel

quo vel unde aliquid fiat aut moveatur, et quam saepe iis usus sit. Ut hoc praesumam, nunquam violatur, ut apud omnes Atticistas (cf. W. Fritz, Synes. Br. p. 83, qui accuratissime de hac re disputavit p. 82 sqq.), ita apud Zosimum terminus, qui dicitur „ex quo“. Inveniuntur enim, et id quidem semper recte usurpati, termini *ὅθεν* 3, *κάτωθεν* 1, *πολλαχόθεν* 1, *ἐντεῦθεν* (*κἀντεῦθεν*) 9, *πόθεν* 2, *αὐτόθεν* 5, *πανταχόθεν* 18, *ἐκεῖθεν* (*κἀκεῖθεν*) 5, *ἀμφοτέρωθεν* 1, *πόρρωθεν* 1, *ἑκατέρωθεν* 3, *ἄνωθεν* 2, *οἴκοθεν* 1, *οὐδαμόθεν* 1, *ἔξωθεν* 1, *ἁπανταχόθεν* 2 locis.

Etiam in usurpando termino „in quo“ nihil miri habet Zosimus. Recte enim positi sunt:

ταύτῃ (= ibi) 8, *αὐτόθι* 31, *ἔνθα* 3, *ἐνθάδε* (= hic) 1, *ἐνταῦθα* (*κἀνταῦθα*) 4, *οὐδαμοῦ* 1, *τῇδε* (= ibi) 1, *πανταχοῦ* 2, *ἁπανταχοῦ* 1 locis.

Denique terminus „in quem“ recte legitur: *οἴκαδε* 3 et *ὅποι* 1 locis.

Aliter res se habet de adverbio loci *ἐκεῖσε*. Hoc enim 27, id est omnibus locis usurpatum est pro termino in quo *ἐκεῖ*, quae vocula prorsus deest apud Zosimum, aut, ut aliis verbis utar, „*κίνησις*“ usurpatur pro „*στάσει*“. Sunt hi loci: p. 11, 10: *κἀκεῖσε τὰ νεωτερισθέντα παθών*, p. 15, 27 sq.: *ἄρχειν τῶν ἐκεῖσε καθεσταμένον* (scil. *αὐτὸν*) *ἐθνῶν . . . κτλ.*, p. 16, 13: *περὶ τοὺς ἐκεῖσε ταξιάρχους*, p. 16, 18, p. 20, 10, p. 21, 21, p. 22, 3, p. 23, 1, p. 28, 15, p. 31, 4, p. 39, 20, p. 53, 13, p. 55, 16, p. 68, 15, p. 71, 12, p. 109, 9, p. 112, 29, p. 118, 23, p. 122, 2, p. 158, 9, p. 185, 6, p. 185, 25, p. 194, 2, p. 194, 8, p. 203, 23, p. 226, 4, p. 258, 4; cf. etiam Passow v. *ἐκεῖσε* 2), (p. 830): „= *ἐκεῖ*, dort, Hipp. Polyb. und oft bei Späteren, vgl. Lob. Phryn. p. 44.“

Praeterea uno solum loco terminus „in quem“ usurpatur pro usitato termino „in quo“ in p. 206, 5 sq.: *ἀπαγγέλλειν τε αὐτοῖς, ὁ στρατὸς ὅποι εἴη . . . κτλ.*

Quinquies autem occurrit terminus „in quo“ pro termino „in quem“ exspectato, in p. 20, 2 sq.: *καὶ ἀπαγαγεῖν οἴκοι διενοήθησαν*, p. 36, 18 sq.: . . . *προγράμματα πανταχοῦ πέμψας*

τοὺς πεφευγότας ἐκάλει, p. 127, 22 sqq.: . . . *λόγον* . . .. *ὃς τοσαύτην ἐν ἑαυτῷ μετ᾽ εἰρωνείας ἔχει πικρίαν, ὥστε π α ν τ α χ ο ῦ γῆς ἤρκεσε τὰ ᾽Αντιοχέων ὀνείδη διενεγκεῖν*, p. 185, 29 sq.: *οἱ δὲ βάρβαροι ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, ο ὗ τεταγμένον ἦν αὐτοῖς, προήεσαν*, p. 257, 1 sq.: *ἀλλ᾽ οὔτε μέρος τῶν ἐν τῷ Τικηνῷ στρατιωτῶν εἰς τὴν ῾Ράβενναν ἢ ἑ τ έ ρ ω θ ί π ο υ μεταιιθείς . . . κτλ.* (duplex terminus „in quo" pro „in quem").

Singularem locum sibi vindicat p. 2 3 0, 1 5 sq., ubi item duo leguntur termini loci, sed ita coniuncti, ut alter sit terminus „in quo", alter terminus „in quem", cum duo termini „in quem" exspectentur. Est locus: . . . (*πάντων*) . . . *ἅμα τοῖς σφετέροις ἅπασιν ἐπὶ τὰς νήσους ἢ ἄ λ λ ο θ ί π ο ι διαπλεόντων . . . κτλ.*

Si igitur omittimus adverbium loci *ἐκεῖσε*, quod 27 locis pro *ἐκεῖ* collocatum est et singularem locum sibi vindicare videtur, u n i loco terminum „in quem" pro termino „in quo" exhibenti obstant 5 l o c i, qui habent terminum „in quo" pro termino „in quem". Crebrior igitur, ut apud Synesium (cf. W. Fritz, Synes. Br. p. 84), ita apud Zosimum est usus „*στάσεως*" pro „*κινήσει*", qui sermoni vulgari respondet, quam usus „*κινήσεως*" pro „*στάσει*" usurpatae.

XXXIII. Ad p. 269, 22 sqq.: *Περὶ δὲ ταῦτα οὖσιν αὐτοῖς Πομπηιανὸς ὁ τῆς πόλεως ὕπαρχος ἐνέτυχέ τισιν ἐκ Τουσκίας εἰς τὴν ῾Ρώμην ἀφικομένοις, οἳ πόλιν ἔλεγόν τινα Ναρνίαν ὄνομα τῶν περιστάντων ἐλευθερῶσαι κινδύνων, καὶ τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐχῇ καὶ κατὰ τὰ πάτρια θεραπείᾳ βροντῶν ἐξαισίων καὶ πρηστήρων ἐπιγενομένων τοὺς ἐπικειμένους βαρβάρους ἀποδιῶξαι. τούτοις διαλεχθεὶς ἔ π ε ι σ ε ν ὅσα ἐκ τῶν ἱερατικῶν ὄφελος. ἐπεὶ δὲ τὴν κρατοῦσαν κατὰ νοῦν ἐλάμβανε δόξαν, . . . ἀνατίθεται πάντα τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ. ἦν δὲ ᾽Ιννοκέντιος.*

Pro *ἔπεισεν* (p. 270, 4), quod Mendelssohnio ceterisque editoribus recte corruptum visum est, volebant Leunclavius *ἐποίησεν*, Sylb. *ἔπραξεν*, Reitemeier *ἐπείσθη*, cum Mendelssohn, qui „sentiendi, intellegendi" verbum exspectat, coniecerit *ἐπήισεν* (v. *ἐπαίω* = merken). Ego autem, cum enuntiatum sequens *ἐπεὶ δὲ τὴν κρατοῦσαν κατὰ νοῦν ἐλάμβανε δόξαν* considerem, non credo utique in corrupto verbo *ἔπεισεν* verbum sentiendi inesse debere;

si inesset, tautologia quaedam adesse mihi videretur. Quamobrem ego pro *ἔπεισεν* una littera mutata conieci: *ἔπεισιν* (v. *ἔπειμι*) et puto optime convenire in nostrum locum sensum: „Nach der Unterredung mit diesen Leuten wendet er sich zu dem, (greift er das an), was nach den heiligen (Vor-)Schriften nützlich ist (von Nutzen ist)".

Verbum *ἐπιέναι* autem cum accusativo sequente coniungi posse docet et Passow, v. v. *ἔπειμι*, et hi loci Zosimei: p. 19, 16: *Πέρσαι δὲ τὴν Ἀσίαν ἐπῄεσαν . . . κτλ.*, p. 26, 5 sq.: *Σαπώρης ἐπιὼν τὴν ἑῴαν ἅπαντα κατεστρέφετο.* p. 50, 1: *τὴν Παμφυλίαν ἅπασαν καὶ Λυκίαν ἐπῄει . . . κτλ.*, p. 149, 24 sq.: *ἐπιὼν τοὺς ταξιάρχους καὶ λοχαγοὺς . . . κτλ.*, p. 176, 24 sq.: *τοῦτο μὲν οὖν, ἐπιόντων ἡμῶν τὰ καθ' ἕκαστα, σὺν ἀληθείᾳ φανήσεται προαγορευθέν*, p. 230, 9: *ἅπαντα ἐπῄει τὰ ἐν μέσῳ . . . κτλ.*, p. 286, 23: *πάντα κατ' ἐξουσίαν ἐπιόντες . . . κτλ.* Si quis autem in eo offendat, quod ex aoristo *ἔπεισεν* mea coniectura fit praesens historicum *ἔπεισιν*, minime mihi hoc scrupulum inicit, quod etiam in sequente enuntiato imperfectum *ἐλάμβανε* sequitur praesens historicum *ἀνατίθεται*, ut saepissime apud Zosimum, velut in p. 17, 7, p. 124, 6, p. 133, 19, p. 144, 4, p. 84, 21 et ibid. v. 28, permultis aliis locis.

Ac ne hoc quidem habet quidquam offensionis, quod praesens verbi *ἔπειμι* plerumque habet sensum futuri, cum in Kühner—Blass I, 2, § 292, annot. 5 (p. 217) legatur: „In der Dichtersprache aber hat der Indikativ (Praesentis) auch Praesensbedeutung . . ., sehr häufig auch bei den späteren Prosaikern." Cf. Zosimi p. 272, 18 sq., haud procul a nostro loco: *ἐν μὲν τῇ Ῥαβέννῃ πρόεισιν ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος ὕπατος . . . κτλ.*

Denique, si revera, ut Mendelssohn putavit, utique verbo „sentiendi" vel „intellegendi" opus sit, haec quoque notio inest in verbo *ἐπιέναι*. Nam apud Heliodorum (cf. Passow, v. *ἔπειμι*) habet *ἔπειμι* notionem: „durchlesen" et apud Lucianum (Hermot. 1) reperitur: *ἐπιέναι ἕκαστα τῇ μνήμῃ* (im Gedächtnis durchgehen, überdenken). Etiam locus p. 176, 24 sqq., supra in hac pag. a me adscriptus: *τοῦτο μὲν οὖν, ἐπιόντων ἡμῶν τὰ καθ' ἕκαστα, σὺν ἀληθείᾳ φανήσεται προαγορευθέν*, favet no-

tioni: „durchgehen, verfolgen, nachgehen", ut in nostrum quoque locum convenire possit notio: „durchgehen, überdenken."

Locum ipsum igitur sic redintegraverim: *τούτοις διαλεχθεὶς ἔπεισιν ὅσα ἐκ τῶν ἱερατικῶν ὄφελος.*

XXXIV. Ad p. 278, 8 sq. Verbum *κελεύω* (befehlen) apud plerosque classicos scriptores coniungitur cum accusativo personae et infinitivo sequente, rarissime vero reperitur apud eos verbum *κελεύειν* cum dativo personae et accusativo obiecti (ut habeat constructionem verbi *προστάττειν τινί τι*), cf. Koch, gr. Schulgramm., X, Leipzig, Teubner 1884, § 85, 1, annot. 1 b, et Passow, v. *κελεύω*, p. 1699: „daher auch befehlen; nicht selten b. Homer mit d. Dativ u. Inf. Il. 2,50; 151, 9 etc. . . . aber selten in Prosa (Plat. rep. 3, p. 396. A. Diod. 19, 17), wo der Acc. der Pers. beim Inf. vorherrschend ist, welche Construction man wie bei iubeo als Acc. c. inf. zu betrachten sich gewöhnte etc."

Apud Zosimum haec res ita se habet, ut 7 locis dativum personae cum infinitivo sequente, 1 loco dativum personae et accusativum obiecti (pronomen *τοῦτο)* legamus. Hic locus est p. 278, 8 sq.: *τοῦτο γὰρ ἦν αὐτοῖς κελεύσας Ἰόβιος . . . κτλ.*, illi loci autem reperiuntur in p. 103, 22 sq.: *λέγειν ἐκέλευε Φιλίππῳ τὴν αἰτίαν δι᾽ ἣν παραγέγονεν*, p. 116, 20 sq.: . . . *ἐκέλευεν τοῖς βασιλικοῖς ὑπογραφεῦσιν ἅπαντας ἀπογράφεσθαι . . . κτλ.*, p. 161, 7: . . . *ἐκέλευσεν ἅμα Σεβαστιανῷ διὰ τῆς Ἀδιαβηνῆς χωροῦντι ἀπαντῆσαί οἱ . . . ἰόντι*, p. 208, 17 sq.: *ἀναπείθει τὸν βασιλέα κελεῦσαι τῶν βασιλείων ἔξω που διατρίβειν Προμώτῳ*, p. 220, 5 sq.: *χορεύειν τῷ δήμῳ καί στεφανηφορεῖν ὡς ἐπὶ βασιλικοῖς ἐκέλευε γάμοις*, p. 231, 7 sq.: *ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἄγειν Τριβιγίλδῳ τὴν στρατιὰν ἐκέλευεν*, p. 237, 27: . . . *ἀκολουθῆσαί οἱ (= ἑαυτῷ) Τριβιγίλδῳ κελεύσας . . . κτλ.* Ceteris locis post verbum *κελεύω* accusativus cum infinitivo legitur, ut in p. 60, 2 sq., p. 116, 28, p. 123, 1, p. 123, 10, p. 142, 2 sq., p. 166, 13, p. 280, 7, p. 280, 19 sq.

Inde effici poterit Zosimum utramque constructionem pariter fere adhibuisse.

XXXV. Ad p. 287, 10 sqq.: *καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὴν αἴτησιν ᾤκνουν, τὴν μὲν πόλιν ἐπολιόρκει, τὸν δὲ λιμένα καταλαβὼν καὶ ἡμέρας τινὰς ἐγκαρτερήσας τῇ τούτου πολιορκίᾳ τελευτῶν κύριος τούτου κατέστη.*

Ad vs. 12 Mendelssohn annotavit: *καταλαβών*] „aut adiectivum intercidit aut vocabulum corruptum est, fort. ex *περιλαβών.*"

Sed nemini hoc loco verbum *καταλαβών* suspectum videbitur, simulatque inspexerit caput illud: „Zur Bedeutung und Konstruktion von *καταλαμβάνω*" in K. Krumbacher, Studien zu den Legenden des hl. Theodosios, p. 366—369 incl. Doctissimus enim hic vir demonstravit verbum *καταλαμβάνω* in posteriore Graecitate non solum notionem: „aufsuchen, hingehen" habere, sed etiam notionem: „erreichen, ankommen, eintreffen", ita quidem, ut partim coniungatur cum accusativo, partim etiam cum praepositionibus *πρός, ἐπί, εἰς, ἐν*, ut verba *ἰέναι, ἔρχομαι*. Haec notio „hingehen zu" optime convenit in nostrum quoque locum, ut nihil sit in *καταλαβὼν τὸν λιμένα* mutandum. Huc pertinet etiam locus in p. 25, 15 sqq.: *ἐπὶ δὲ τὴν Νικομήδειαν ἐχώρουν μεγίστην οὖσαν καὶ εὐδαίμονα . . ., ἐπεὶ δὲ τῆς φήμης προκαταλαβούσης ἔφθασαν οἱ ταύτης οἰκήτορες ἀποδρᾶναι . . . κτλ.*

Verbum *προκαταλαμβάνω* hic sine ulla dubitatione habet sensum: „vorher ankommen, vorher eintreffen", ut etiam Krumbacher l. d. p. 369 in fine scripsit: „In Wahrheit heisst *καταλαμβάνω* und *προκαταλαμβάνω* an den zwei Stellen (Analecta sacra ed. Pitra, 149, 4 et 488, 4) einfach „kommen" und „vorher kommen".

Cf. etiam Passow v. v. *καταλαμβάνω:* „3. intr. sich vorher zutragen, vorher eintreten, *τοῦ χειμῶνος προκαταλαβόντος* Pol. 39, 2, 3".

Sed non solum haec composita verbi *λαμβάνω*, sed etiam compositum *προλαμβάνω* rariorem illam habet apud Zosimum notionem. Ut enim iam classici scriptores verbum *προλαμβάνω* absolute usurpaverant cum notione: „zuvorkommen" (cum substantivum *χρόνον* omitterent, cf. Passow v. *προλαμβάνω* p. 1135, et Henrici Stephani Thesaur. Graecae Linguae v. *προ-*

λαμβάνω), ita apud posteriores scriptores hoc verbum saepissime habet notionem: „vorhergehen, vorher stattfinden". Ex Zosimi libris 20 locos eiusmodi Bekker collegit in indice grammatico editionis suae, p. 429, v. *προλαβών*, quos ego nunc secundum Mendelssohnii editionem afferam. Legimus autem in p. 13, 6 sq.: . . . *ἐφ᾽ οὗ τῆς προλαβούσης καιηγείας ὁ Ῥωμαίων ἀνίειο δῆμος*, p. 30, 2: *ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐπαρθέντες ἐφόδων* . . . *κτλ.*, p. 40, 13: *αἰτούντων τε συγγνώμην ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν* . . . *κτλ.*, p. 43, 14: *καὶ τῶν προλαβόντων αὐτοῖς γέγονεν αἴτιος* . . . *κτλ.*, p. 65, 23 sq.: *ἐκ τῶν προλαβόντων κατορθωμάτων ἀσμένως ἡσυχαζόντων* . . . *κτλ.*, p. 69, 3: . . . *ἐκ προλαβούσης ἑταιρίας ἐπιτήδειον ὄντα* . . . *κτλ.*, p. 85, 2: *συγγνώμην ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν αἰτῶν* . . . *κτλ.*, p. 103, 11 sq.: *πολλαῖς προλαβούσαις προρρήσεσι πεπεισμένος* . . . *κτλ.*, p. 125, 17: *πείρᾳ τῶν προλαβόντων εἰρήνην ἀγαπᾶν* . . . *κτλ.*, p. 162, 8: *ἐκ προλαβούσης συνηθείας* . . . *κτλ.*, p. 190, 8 sq.: *ἐκ τῶν προλαβόντων δυστυχημάτων* . . . *κτλ.*, p. 201, 11: *τὴν τῆς προλαβούσης διαίτης ἐκμέλειαν* . . . *κτλ.*, p. 223, 13: *ἐν τῷ προλαβόντι βιβλίῳ* . . . *κτλ.*, p. 239, 19 sq.: *ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐφόδων* . . . *κτλ.*, p. 242, 14 sq.: *ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐφόδων εὑρών* . . . *κτλ.*, p. 247, 16: *ἡ προλαβοῦσα τῆς χώρας ἐκείνης ἅλωσις* . . . *κτλ.*, p. 262, 21: *προσετέθη τοῖς προλαβοῦσι τοιοῦτον*, p. 268, 21: *ἐκ γὰρ τῆς προλαβούσης ἐβουκολοῦντο φήμης* . . . *κτλ.*, p. 284, 16: *ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις* . . . *κτλ.*, p. 293, 20: *ἔκ τινος προλαβούσης ἀλλοτριότητος.*

Hae sunt quaestiunculae meae ad Zosimi textum vel defendendum vel emendandum vel illustrandum. Nostra demum memoria, cum Mendelssohn codice Vaticano ceterisque codicibus, qui sunt alicuius momenti in Zosimi textu constituendo, diligentissime collatis primam nobis paravit editionem criticam, illius editoris studiorum fructibus usi inquirere potuimus securi in locos deliberatione aliqua egentes ita, ut nonnulla, quae ille editor, interdum nimis praeceps, eiecerat, reddiderimus scriptori, pauca pro nostra parte contulerimus ad corruptelas investigandas et emendandas.

Curriculum vitae.

Ego, Julius Leidig, natus sum Schwabachi die XXI. mensis Septembris anni 1876, patre Conrado et matre Katharina, e gente Morneburg, quos adhuc vivos pio veneror gratoque animo. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum elementis institutus sum in schola Latina Schwabachensi, deinde in gymnasio Onoldensi, ita quidem, ut alumnei evangelici essem alumnus. Anno 1895, postquam testimonium maturitatis adeptus sum, Monachium me contuli, ut unum annum armis exercerer. Ex eodem tempore per quattuor annos in universitate Monacensi civis academicus inscriptus fui et litteris antiquis me dedi. Praeceptores mihi erant et scholis et seminariis professores Ranke, J. de Mueller, W. de Christ, E. de Woefflin, H. Paul, de Heigel, de Riehl, Muncker, Oberhummer, Lipps, A. Furtwängler, K. Krumbacher.

Omnibus his viris doctissimis gratiam habeo, inprimis autem Carolo Krumbacher, Iwano de Mueller, Guilielmo de Christ. Ut enim Mueller et Christ me litteris Graecis instituerunt, ita Krumbacher et animum meum in Zosimum convertit et me doctrina sua et benevolentia in hoc ipso opusculo conscribendo saepius adiuvit, ut non possim non illis viris agere gratias vel maximas.

Anno 1898 altera et anno 1899 altera parte examinis philologici superata mihi munus inspectoris sive praefecti in alumneo evangelico Onoldensi est mandatum, quo adhuc fungor.